





EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

IV A 290.

VITEBERG.

SIGNAT. c1515 CCCXIII.

2P



3

PARS II.

PHILOSOPHIAE ARISTOTELICÆ,

PHYSICÆ UTRIUSQUE


*Analysin exhibens.*

Nunc integrè in lucem  
editæ

â

VALENTINO HARTUNGO Medicinae D. & Professore,

Autoris olim auditore.



LIPSIAE,

*Impensis Caspaci Closmanni.*

Anno M. D. C. XXV.

PARS II

PHILOSOPHIA

PHILOSOTERIA

PHILOSOTERIA

PHILOSOTERIA

MUNDUS CEGELINUS INCIVI

1550

PARS II

PARS II

PARS II

PHILOSOPHIÆ

A R I S T O T E -

L I C A E

P A R S S E C U N D A .

LIBRORUM PHYSICORUM A-  
ristot. Epitomen exhibens.

DISPUTATIO GENERALIS  
continens synopticam librorum Phy-  
sicorum Aristotelicorum VIII.  
doctrinam.

P R O O E M I U M .

xplicatum est in præmissis dispu-  
tationum nostrarum exercitiis, ge-  
nerale Philosophiæ ὕγειαν sive  
instrumentum, videlicet Ars Logica:  
Dehinc igitur ipsam modò Philosó-  
phiam ingredimur, & à speculativa quidem inci-  
pientes Physicam initio proponimus declaranda.  
Licit enim dignior, tertiiorque hac ipsa sit Meta-  
physica & Mathematica; atiamen cum scienzia

2 EPITOM. LIB. PHYSIC.

Physica ea ratione, quod à materia sensili penitus nondum sit abstracta; sed suum in ea fundatum sigat ac veluti basin collocet, menti nostrae infirma facilius queq; intelligatur & concipiatur, merito ab hac ipsa initium Philosophicarum exercitatio- num sumimus, sensimque deinceps subtilioribus men- tem informantes atque exornantes discursibus & discussionib; ad alias Philosophia Theoretica species progredi assuescimus. Prima igitur exercitu- rum Physicorum disputatio generalem in se sive com- munem continebit Physicianam: hoc est, illa omnia pro- ponet & per theses complectetur, quæ à Philosopho Aristotele in hujus Philosophia initio per libros 8. Physicorum præmittuntur atque exponuntur. Quos quidem ἡρπὶ τῆς φυσικῆς ἀνεγάσσεις de Physica sive naturali auscultatione inscribi videmus, ac nuncu- pari: ubi notandum & observandum est, duo libro- rum Aristotelis & Theophrasti esse genera, quorū alterum ἀνεγαμμένη, id est, auscultativum di- stinum est; alterum vero ἐξωτερικόν, extraneum: 'Α- νεγαμμήτην (inquit Ammonius) Διὰ τὸ ἡρπὸν γνῶ- σις ἀνεγαθὲς γοιεῖται τὸν λόγον, id est, auscultati- va Aristotelis scripta vocata sunt illa, quæ selectio- ribus & commendationibus sibi discipulis Philo- sphus proposuit, certaq; methodo in schola Peripa- tetica cum iisdem communicavit: Εξωτερικά vero illa sunt, quæ extra scholasticum confessum publicè in solenni & publica hominum frequentiam mota, ag- gitata, declarata, copioseq; sunt disputata. Nende ab

## ARISTOTELIS.

ab ipso Philosopho λέγοι ἐν ποντῷ γανδίσκοι, id est,  
ratiocinationes in communi sive conventu factae,  
1. de anima, 4. nuncupatur. Item φιλοσοφίας  
εγκύλια, id est, circulares exercitationes, 1. de  
celo 9. Plura de his non attinet monere in praesentia.  
Arist in Epist. ad Regem Alexandrum. Acroama-  
ticos, ait, libros, quos editos quereris: eos  
partim editos esse scito: partim non editos. Editos  
quidem ius, qui me privatim audivere: non editos  
autem qui extra fuerunt: & jam quidem sunt le-  
cturi: sed non intellectari. Quin potius ipsas statimi  
theses physicas debinc proponimus.

### I.

Physica Graecis ἀπὸ τῆς φύσεως dicitur, i.e. à natura  
q. d. naturalis Philosophia vel scientia, aut se-  
cundum Cicero. naturæ descriptio, a. vel ratio. b.  
vel cognitio. c. aut explicatio. d. qui idem Philo-  
sophum in hac scientia occupatum, naturæ vocat  
speculatorum & venatorem. e. a. i. Acad. quest. b.  
lib. 1. de natura deorum. Idem 1. divinat. c. de divinat. 3.  
de finib. & 4. ibid c. 1. natura Deo. Theophr. l. 6. de  
Caus. Plant. c. 5. φυσιόλογι. i. naturæ interpretes  
Scalig. Qui naturalium rerum ineunt rationem.

### II.

Definitur Physica hoc modo φυσικὴ εἰν ἐπιστήμη  
τῆς τινος τοιωτικῆς σοις. εἰ δὲ ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως κομμάτων εἴ-  
σιν εἰν αὐτῇ, id est, Physica est scientia ejusmodi  
substantiæ, quem motus & status principium in seip-  
sâ habet. l. s. c. 1. Metaph. seu ut communis habet  
definitio: φυσικὴ εἰν ἐπιστήμη τῆς σώματος φυσικῆς, η φύ-  
σις, id est, Physica est scientia corporis naturalis,  
quatenus naturale.

## EPITOM. DE PHYSIC.

### II.

Ut autem in omni scientia; sic in Physica quoque tria sunt necessariò requisita. 1. τὸ οὐσίαν ἡγεμόνην ψήψις, i.e. subjectum vel objectum. 2. ἡ αἰλιανή αρχή id est, causa & principium. 3. τὰ πάθη ἡδία, id est, propriæ affectiones. lib. post. anal. c. 8.

### IV.

Subjectum igitur scientiæ Physicæ est, τὸ σῶμα corpus scil. ἡ τοιώτερη ἡδία, ἡ ἡδεῖται τῆς κακίας καὶ γενεσις, i.e. substantia talis, in qua motus ac quietis inest principium. 5. Meta. I.

### V.

Modus considerandi, qui scilicet subjectum hoc ipsum propriè ac singulariter: huic scientiæ applicat, atque appropriat, significatur pro περὶ θεῶν sive adjunctionem τὸ σῶμα Φυσικὸν, quatenus naturale corpus.

### VI.

Hæc de subjecto, cuius utputa compositi principia jam sumimus explicanda: quippe cum certum sit, tum nos compositi cuiusque cognitionem & scientiam assequi ac consequi, οἷον εἴδωμα εἰς πάντα, καὶ πάσαν ἡδίαν, id est, cum sciverimus, ex quot & quibus, illud ipsum compositum sit & constitutum. 1. phys. 4.

### VII.

Omnis enim cognitione & scientia methodo quidem συντελεῖ compositiva, à principiorum cognitione proficiuntur: διότι καὶ τῆς φύσει τῆς φύσεως ἐπιστήμης, περὶ τέτοιον διογίου τὰ φύετα τὰς αρχὰς, propterā quoque in hac naturæ scientia sedulo id curandum, ut primò ejusdem loco de primis rerum naturalium principiis differatur. 1. Physicorum I.

### VIII.

In horum autem cognitione rite accipienda:

νικη-

## ARISTOTELIS:

τίθενται μόνον ταῦτα γνωστικά τέρην οὐδεῖς, καὶ συμπλη-  
γμένη τὰ συφίσασα καὶ τὴν φύσην γνωστικά, id est, in-  
nata nobis est via & ratio ex iis, quae nobis sunt  
notiora & manifestiora, ad naturā notiora ac ma-  
nifestiora procedendi. ibid.

### IX.

Cum igitur generationes principiis naturā sint  
posteriorēs nobis tamen longē notiores, quippe  
ipsi sensibus obvīe, rectē, sanē & meritō ex his  
nobis notioribus principia ipsa venabimur. 1.  
phys. 4.

### X.

Modus enim & ratio manifestandi & intelli-  
gendi principia expeditissima & apertissima est  
generatio & corruptio, eaque vel propria vel et-  
iam analogica, in rebus scilicet artificialibus. 1.phy-  
sic. 5.

### XI.

Per propriam corporum naturalium genera-  
tionem & corruptionem sumus pro ostendendis  
principiis πρὸς αἰδήλογοντας ἀνεγείρεσθαι, id est, ad  
versus contradicentes vehementiores: per ana-  
logicam vero πρὸς τὰς κονὶς καὶ αὐθινοὶ εἰφασί-  
εσθαι, id est, ad vulgares secundum sensum manife-  
stiores. ibid.

### XII.

Περὶ τῶν διαγνωμένων τῆς διζηνοῦσσες οὐ τοῦ  
φύσεως. Hanc sanē sententiam unanimi omnes  
Physici consensu statuunt, secundum naturam nec  
ex nihilo corpus naturale generari, nec in nihilum  
redigi. 1. phys. 2. Eleganter admodūm utrumque  
Satyr. 3. Persius conjunxit.

Gigni

De nihilo nihil; in nihilum nil posse reverti.

a 4.

Quod



## EPITOM. LIB. PHYSIC.

XIII.

**Quod cum ita sit, prima necessitate est quædam naturalium rerum esse principia; & quidem <sup>tri</sup> <sub>tri</sub>, vel unum vel plura: rursusque si plura, ea aut finita necessitate esse, <sup>tri</sup> <sub>tri</sub>, aut infinita, <sup>tri</sup> <sub>tri</sub>. 1. phys. 2.**

XIV.

Pro invenienda rei veritate sciendum est, *in tractatu de animalibus de generatione animalium*, id est, quod omnes sancti in eo consentiant, statuantque principia esse contraria. 1. phys. 5.

XV.

Etid quidem veritatis vi coacti σύλογος bona ratione, omnes Physici ratum & certum posuerunt: Δει γδ ταῦτα δέχεσθαι εἰς αὐτόν τον Εὐκαίρων μητρὸν εἴπειν, νομίζειν ταῦτα εἶναι, id est, Oportet principia nec ex se invicem esse, neque ex aliis: verum ex his omnia. I, phys. 5.

XVI.

XVII.  
Quæ sanè essentialis veluti est principiorum conditio: primisque contrariis ad unguem competit. Quia autem prima sunt, ex aliis non flunt: & quia sunt contraria, sanè ex se invicem esse vel fieri nequeunt. Francisc. Patric. 3. ~~metamorphias~~ 6. &c. 3.

XVII.

Prima autem contraria sunt privativa. Πρώτην δὲ  
επιστολήν, της οὐδὲ τέρατος εἰν : εἰς τὸν σῖγνον\* ἀπό-  
θετο τελείωτος, i. e. Prima enim contrarietas est ha-  
bitus & privatio, non quidem omnis privatio, sed  
quæcunque est perfecta. 10. Meta. 4.

XVIII.

Hec igitur contraria sunt prima rerum natura-  
lium principia: patetque inde unum eorum prin-  
cipium esse non posse, cum sibi ipsi nequeat esse  
contrarium.

## Neque

## ARISTOTELIS.

### XIX.

Neque tamen infinita etiam numero queunt esse principia, cùm  $\pi\alpha\tau\epsilon\iota\sigma\tau\alpha\pi\alpha\tau\omega$ , id est, infinitum cognosci nequeat. I. phys. 4.

### XX.

Finita igitur numero sunt principia; quorum tamen duo invicem contraria non sufficiunt. Ex contrario enim si sola ista sunt, nihil fieri potest; sed semper potius ipsa interimunt. ibid.

### XXI.

Unde liquet, tertium necessariò adhuc addendum esse, velati subjectum permanens, mutuamque contrariorum transmutationem sustinens.

### XXII.

Tria igitur rerum naturalium sunt principia, scilicet subjectum primum, sive materia prima, forma & privatio: quorum duo quidem numero & essentialiter invicem distincta constitutionis sunt principia, Materia & Forma, videlicet quæ ad  $\tau\alpha\mu\alpha\tau\omega$ , id est, compositionem corporum naturalium essentialiter concurrunt, & in re naturali semper permanent. Tria autem transmutationis & generationis, quæ videlicet ad rei naturalis  $\mu\pi\lambda\gamma\omega\lambda\mu\omega$  &  $\pi\lambda\mu\omega$  transmutationem seu generationem concurrunt, suntque modò denominata. I.  $\delta\lambda\mu\omega$ . 2.  $\pi\lambda\mu\omega$ . 3.  $\pi\gamma\eta\omega\pi\omega$ . I. physico. 7.

### XXIII.

De horum unoquoque seorsim paucis nunc agemus: & i. quidem materia, quod sit, (  $\epsilon\in\pi$  ) potest sane ostendi demonstratione  $\pi\lambda\mu\omega$  ab effectu, videlicet omni transmutatione, tam artificiali, quam naturali; eaque rursus tam substantiali, quam accidentaliter petita. I. phys. 4.

### XXIV.

In omni enim transmutatione opus est subjecto quodam hujus receptivo & tandem quidem primo a 5 subje-

## EPITOM. DE PHYSIC.

subjecto, ne sit processus in infinitum. i. phys.  
cor. 5.

### XXV.

Dicitur igitur hoc subjectum primum respe-  
ctu materiæ rerum naturalium propinquæ & se-  
cundæ, Materia prima, quæ qualis quidem sit &  
quomodo se habeat, νόθω λογισμῷ, spurio quodam  
discursu secundum Platonem in Timeo sive per  
εὐαλογίαν cognoscitur. οὐδὲ πατερόφρον φύσις ἐπισημά-  
νεῖ εὐαλογίαν. Subjecta enim hæc natura sive ma-  
teria primæ per similitudinem intelligi & cognosci  
potest. ibid.

### XXVI.

Definitur à philosopho hoc modo. λέγω δέλλο γε  
πεῖται τὸν πατερόφρον ἐκάστῳ, εἰς τὸ γένετον ή τὸν πατέρα τοντον  
πεῖται συμβείνειν κος; εἰ φέρεται η, τε τέτο εἴριξται εἰς  
ἐχατον, id est, Materiam primam voco primum sub-  
jectum unicuique rei naturali, ex quo ipso inexi-  
stente non per accidens sit aliquid, cum sit, rursus-  
que in idem ultimo resolvitur, cum corruptio-  
nem. i. phys. c. 9.

### XXVII.

Ex definitione hac proprietates & conditiones  
erui possunt præcipue haec: I. quod materia pri-  
ma sit πατερόφρον πεῖται, id est, subjectum primum,  
idque cum formæ advenientis respectu, cui ipsa  
largitur ὑπαρξία existentiam, tum totius compo-  
nit naturalis. Est enim ipsa σῶμα διαφέντη, id  
est, corpus potentia sensile. I. de generat corruptio-  
ne. I. Corollarium huic thesi è Scalig. l. 2. de  
Plant. ad Aristot. p. 292. Materia prima est per se  
Ens. Quippe substantia per se est: etiam sejun-  
cta, advenientis formæ ratione. Non igitur  
forma esse eam facit simpliciter: sed ut sit hoc:  
aut hoc subse, id est, sub ipsa forma, quæ illi est  
ad

## ARISTOTELIS.

adventitia. Nam materia ipsi est suum  $\tau\alpha\mu\eta\delta\sigma\alpha$ , quo non est forma: sed quiddam, cuius notia propter obscuritatem tam caret designatione; quam percipitur intellectione. Tametsi materia quoque ipsa non nihil efficere videatur, pura existentiam dare formæ. Alioquin inter causas non esset recenseri digna, si patitur tantum. Quia enim causa quidditas perfectio est. Est autem perfectio totius à parte. Pars autem, materia, cuius est perfectio, hoc esse, quod ut sit, factum est. Forma quidem dat hoc; sed non absque materia. Intelligo nunc perfectionem  $\epsilon\nu\pi\lambda\delta\sigma\alpha$ ; qua est vis aliquid faciendi. Materia quoque Entelechia est, qua se substernit ita formæ, ut eam, existere faciat: quam seorsum non extet, sed sit in potestate efficientis. Præstat aliud nihilosecundus materia. Quippe gerit corporitatem quantitatis & affectus transmutationum. Hoc sit ejus agere: quo causæ vim sit summo ab opifice consecuta.

## XXVIII.

2. Materia prima est subiectum & principium videlicet  $\sigma\alpha\mu\alpha\eta\varphi\omega\kappa\sigma\delta$ , id est, unicuique corpori naturali. Unde sanè hujus latissimè patens natura & amplitudo non exigua aperie ostenditur.

## XXIX.

3. Materia quoque prima dat  $\tau\alpha\mu\eta\delta\sigma\alpha$ , id est, constitutionis fungitur munere. In rei enim cuiusque naturalis  $\sigma\alpha\mu\eta\delta\sigma\alpha$  concurrit.

## XXX.

4. Materia prima in re unaquaque naturali  $\sigma\alpha\mu\eta\delta\sigma\delta$ , i.e. verè inest; & quidē  $\mu\eta\chi\alpha\lambda\alpha\sigma\eta\delta\sigma\delta$ , i.e. non per accidens: qui ipso tū à privatione; cum ab aliis omnibus accidentibus atque affectionibus.

bus in rerum naturalium corruptione & generatione permanentibus evidentissime se jungitur.

XXXI.

¶. Materia prima ultimum illud est subjectum  
in quod ultimam denique transmutatione res natu-  
ralis resolvitur ac redigitur, quod volunt posteri-  
ora definitionis verba e te p̄d̄cērāt n̄, eis t̄t̄o d̄p̄-  
lēt̄ay exortar.

XXXI.

XXXII I.

XXXIV.

Hactenus de materia prima: sequitur de Forma, quæ est ab aliis in natura (Eorumque) vicina, id est, ratio essentia, cuiususcunque corporis naturalis. 2  
generat. & corrupt, c. 9. Scalig. l. 6 ad Theophr. de caus. plan. c. 6. & sic seu essentia tota seu materia informata. Species dicitur naturalis aliqua certa. Inde haud dubiè potest conjici, quid Galenus in l. 11. de simpl. med. facult. per totius substantia seu essentia proprietatem voluerit intellectum. Quo modo

## ARISTOTELIS.

ff

modo differant ἀδόκητοι μερά habes apud eundem  
l. 16. de hist. anim. ad Aristot. c. 4. t. 45. p. 1223.  
Quodcumque non per ἀδόκητον est id, quod est. Se-  
men igitur ἀδόκητον habet. Animalis vero neque ἀδόκητον  
neque μερά. παῦσα μέρη διατάξεις λογίων.

## XXXV.

Est autem Forma alia quidem artificialis; alia  
naturalis, de qua, utputa, corporea hoc in loco  
sermonem fieri memineritis. Incorporeas autem  
& spirituales formas, ad Metaphysicum relegamus.  
Arist. in categ. Qualitatis meminit γένεσις. 193  
μερά.

## XXXVI.

Tertium principium Græcis στεγάστη την επιστήμην της  
λόγων της σοφίας της λογοκειμένου διανοτού, οὐ δυνατόν; id  
est, privatio est absentia formæ in subjecto ad  
eum recipiendam idoneo ac habili, quatenus  
habili.

## XXXVII.

Non enim privatio pura & pūta est quædam  
formæ carentia; sed in subjecto habili, id est, tali;  
quod formam illam ipsam recipere duatur, id est,  
potentiam, facultatemque & aptitudinem habet,  
quo ipso à mera & simplici negatione evidenter  
distinguitur. Nota Scalig. 1.1. de plant. ad Aristot.  
p. 38. Non verum est, formarum carentiam esse es-  
sentiam materiæ primæ. Privatio cum sit nihil,  
est causa nullo modo esse potest. Ac tametsi pri-  
vatio introducitur à philosopho in naturæ scenam  
ad generationem pro uno ex trib. principiis: ta-  
men haud ita statuitur, ut pars. sed ut quædam  
actio necessaria extra totum futurum, non quæ sta-  
tuat: sed quæ non statuat, ut statuitur. Si enim sit,  
quod non est. Ergo necesse est, non esse, quod sit.  
Interpretes appellantur principium concomitan-  
tiae, id idem Exer. 61. p. 2. contra Card. ita enodari.

Tamet-



12. EPITOM. DE PHYSIC.

Tametsi in generatione privatio formam, quæ introducitur, antecedit: tamen privatio, quæ est in re generata, posterior est naturæ, quam forma ipsa, per quam res est.

XXXVIII.

Hactenus subjectum physicæ, hujusque principia exposuimus: sequuntur jam inspecienda & consideranda corporis naturalis ratiōnes cuius mundi pœnas, id est, propriæ affectiones. Antequam vero de his agere incipiamus, de causa prius, per quam ea insunt, necesse est, differamus.

XXXIX.

Illæ autem vera & genuina causa operis dicitur, dicitur & opus fieri vel nasci, sumta ratione, à posteriori appellatione.

XL.

An igitur verè sit natura, ἡ οὐσίας διενύουσα γένον, id est, Si quis conetur ostendere, ridiculum hoc ipsum fuerit studium, l. 2. c. i. phys.

XL I.

Toūtē, id est, definitionem naturæ ex præmissa quadam ratiōne ducimus, i.e. rerum divisione elicere, duce quidem philosopho, poterimus. ratiōne pœnas φυσική; ratiōne διάκρισις αἰλίας; id est, alia quidem naturæ sunt, ut effectus naturales: alia vero per & propter alias causas, ut ratiōne pœnas per manum effecta, aut per fortunam. 2. phys. i.

XL II.

Differunt autem naturalia ab omnibus aliis non naturalibus. Quia ratiōne φυσική, ratiōne μεταβολῆς ἐξ ἀγενίας, id est, Insitum quendam, in seipso sua mutationis excitativum principium naturalia habent. Artificialia vero ratiōne δημιουρίας εν ἀγενίᾳ, id est, Effectus suis principium in aliis habent, extra se, & planè ex trinsecus. 2. phys. 5.

Unde

# ARISTOTELIS.

13

XLI.

Unde merito naturarum sic definire poterimus:  
Quaevis est ex parte naturae, quae vel causam vel effectum, cu[m] ad  
naturam pertinet, vel non. Non natura, quae non pertinet  
Natura est principium quoddam & causa motus &  
quietis ejus, in quo inest primus per se, & non per  
accidens. 2. physie. 1. 8. physic. 3. & 4. Metaph. 4.

**XLIV.**  
Hinc naturam habere φύσιν ἐχεν dicuntur ea o-  
mnia, omnia tamen τοιωτικά τέχνης οὐχί: καὶ εἰ τῶν πο-  
τερών, id est, quæcunque sunt substantiæ corpo-  
ræ & tale in se motus & quietis habent principi-  
um. 2. phys. I. I. cœl. I. & 2. lib. 3. cœl. I.

X L V .  
Kara φύσιν τὸ τεῦχον , οὐδὲ τὸν τρόπον τούτου καθαρόν , i. e. secundum naturam dicuntur esse & ipsæ naturales istiusmodi substantiæ , & quæcunque his ipsis per se insunt affectiones naturales , olov ταῦ πυρὶ τῷ φέγγῳ εἴων ; id est , igni secundum naturam inest tursum ferti ibid.

XLVI.

At vero  $\tau\bar{\eta}$  φύσις, id est, naturā esse, latius patet, quam esse secundum naturam. Quæ enim, naturalibus substantiis, quatenus tales sunt, naturalium consequentia, sunt accidentia, ea omnia esse dicuntur  $\tau\bar{\eta}$  φύσις, i.e. naturā. Secundum naturum vero ea, quæcunque juxta naturæ institutum accidunt. Sic morbis corpori natura quidem inest; non tamen secundum naturam. 2. phys. I.

Scilicet secundum naturam. 2. phys. I.  
Meribus & interitus partim à natura sunt: partim  
non sunt. Quippe intereunt & plantæ & anima-  
lia, omniaque generata corrumpuntur. Quia  
sunt corruptibilis. At is affectus naturalis est.  
Fundatur enim in contrariis, ex quibus natura-  
lib. constant naturaliter. Morbi vero nihilominus.

Spart

14 EPITOM. LIB. PHYSIG.

Sunt autem propter naturam Individui. Quia corruptum ipsum non speciem. Est autem naturæ contrarium non esse: Quia natura est autor existentiaz.

XLVII.

Porro naturam causam esse definivimus. Est autem ratione animali, ipso & virtutin, id est, causa est, cuius vi aliquid evenit. lib. I. minor. Metaph. c. 2.

XLVIII.

Suntq; causarum genera 4. Ita videlicet ut cause duæ rerum sint internæ, Materia & Forma: duæ externæ, Efficiens & Finis: 1. Το αὐτονύμων, id est, γίγανται περιστάσεων, id est, Materialis causa est, ex qua inexistente aliquid fit.

2. Το εἰδος καὶ τὸ παράδειγμα τῆς ἐπικλόνης. Formalis causa & exemplaris est ratio, quæ dat esse rei, sive per quam res ipsa est & existit.

3. Αἴτιος τὸ ποιῶν, ὁποῖος δοκεῖ τὴν μεταβολὴν ἐπάγει, ἢ τὴν ἡγεμονίαν, id est, causa efficiens est, à qua principium mutationis primum ac quietis defluit.

4. Τὸ τέλος, τὸν δὲ λόγον, i. e. causa finalis est id ipsum, propter quod res ipsa est.

Aristoteles 2. phys. 3. libr. 1. part. animal. t. lib.

4. Metaphys. 2. libr. 1. Metaphys. 4. libr. 2. poster.

11. 2. generat. 9. 1. Metaph. 2. 2. ibid. 2. libr. 4. Metaph. 2.

Scalig. l. 2. de Plant. ad Arist. p. 292. Qui compoti & accidentium causas reddendas inscipit: Materiam, formam, efficientem finem ponere debet. Materia namque & forma substantiae partes sunt & elementa. Efficiens principium. Finis movens. Harum finis nobilissimus. Moveret enim tantulum. Materia minime nobilis. Moveretur enim tantulum. Forma nobilior. Nam ut proficiscitur a datore; ita dat ipsa materię, ut sit hoc quiddam.

Atque

## XLIX.

Arque hæ quidem causæ per se sunt, quarum singularum vicem subit & obit natura; quippe compositi respectu, materia dicitur, & in primis forma: Motus ratione eadem est efficiens. Finis denique natura est generationis naturalis, quatenus hujus ipsa veluti est terminus. 2. physic. cap. 1. & 3.

Ideam ad Theophr. de caus. plant. libri. 1. c. 13. Quomodo ~~in~~ <sup>ad</sup> generationis? Nonne est efficiens? nonne forma? Duo quidem autores λόγοι. At re unus. Nam forma, quatenus per totam infusa materiam, facit hoc, quod ~~est~~ <sup>et</sup> vocatur & curreat. Quatenus vero efficit, movet, disponit, constituit, exprimit materiam pro certo domicilio est;

## L.

Restant causæ per accidens, quæ obscuræ sunt & numero infinitæ: primariæ tamen harum duæ sunt <sup>in</sup> πρώτην καὶ τελείωσιν Fortuna & Causa. 2. physicorum 5. i. Metaph. 1. ex Polo. in p[ro]p[ri]o ipso erga regnum enviriorum & in aliis <sup>in</sup> ἀπογεια τύχην.

## LI.

Cum enim ea, quæ sunt, rā <sup>τὰ</sup> φύσις ἀνάκτως γένεται. τὰ δὲ in itinere mortali: τὰ δὲ mortalia ταῦτα; id est, vel semper eodem modo, vel plerumque eodem modo, vel raro sunt & rursus, τὰ προφύσια τὰ φύσις in exēδη <sup>τοις</sup> τινibus; τὰ δὲ δι; id est, ea quæ sunt, vel propter finem, vel nullius finis gratia eveniant; eaq; quæ propter finem sunt; vel κατὰ τελείωσιν id est, certo fiant consilio; vel non fiant certo consilio; utraque quidem per accidens causa eorum est, que raro & finis alicujus gratia sunt. At vero in Fortuna simul est <sup>τελείωσις</sup>, id est, certa & consula ratio atque electio. In casu vero non; sed ea si ne consilio sunt; quæ casu evenire dicuantur. 2. phys. 4.

## EPITOM. LIB. PHYSIC.

### LII.

Et igitur Fortuna *aliius causa operis suos* ex tuis int̄  
sunt *aliius causa operis suos*, id est, Causa per acci-  
dens eorum, quae raro sunt & quidem cum consi-  
lio sibi alicujus gratia. 2. phys. 4.

### LIII.

Casus vero est *aliius causa operis suos* ex tuis int̄  
eiusmodi, id est, *propter finem* aliorum, id  
est, *causa operis suos*; id est, Causa per accidentis eorum, quae  
simpliciter propter finem aliquem sunt, nec con-  
silio suscipiantur, quando non ejus, quod evenit;  
gratia sunt, cuius *nimirum causa* est extranea. 2.  
phys. 5. Vide Scalig. 7. exer. de subtil. contra  
Cardano.

### LIV.

Sed haec ipsae per accidentis cause ad efficientem  
per se causam jure merito referuntur. Neque  
enim plura causarum genera, quam superius assi-  
gnata quatuor agnoscimus; quippe cum tot nu-  
mero comprehendat quædico. 2. phys. 2; id est, propter  
quid res sit. 2. phys. 6. & 5. 2. post. Analyt. c. 1.

### LV.

'H φύσις δὲ ἀδια μάτη ποιεῖ, id est, Natura vero nihil  
etemeret & frustra agit; sed semper & ubique propter  
finem agit, quem etiam sequitur ex necessitate;  
non quidem αὐθῆ, simpliciter & absoluta; sed εἰπο-  
νται, id est, suppositione; ut si pullus est gallinaceus,  
necessario est ex ovo, non contraria. 2. phys. 2.  
7. & 8. libr. 2. lib. prior. 9. i. lib. prior. 10. i. part. ani-  
mal. 1. 4. Metaph. 5.

Scaliger. l. 6. ad Theophr. de caus. plant. c. 6.  
addit rationem. Τιλός γέ τι εἶ εἴδος, Αγρόπιλος  
Αγρόπιλος, & profecto, nisi naturæ institutum  
semper tenderet ad optimum; penderet semper  
opus, nisi ultimum nancisceretur finem, nihil ef-  
set; sed omnia fieret;

Hx

## L VI.

Hec de causis: Naturam autem principium esse & causam motus diximus, & quietis. De his igitur sequitur, ut cum philosopho posthac agamus. 3. phys. 3.

## L VII.

Definitio motus generaliter sumti est hæc: Κίνησις εἰσὶν ἐπελεῖχας οὐδὲνα ποτε, ἢ τινα, id est, motus est actus ejus, quod in potentia est, quatenus est in potentia. 3. phys. 2.

## L VIII.

Est autem omnis motus vel in substantia, vel in quantitate, qui nomine caret communis, vel qualitate, qui dicitur ~~άκοντος~~; alteratio, vel denique in loco, qui ~~όρος~~, latio sive motus localis dicitur. ibid. Idem Scalig. l. i. de plant. ad Aristot. p. 67. Animali data motio ob sensum; ut id, quod appeteret, acciperet; quod nollet, declinaret. Omnis autem motus sit in loco.. Ceteros itaque motus si quis negare velit motus esse, possit. Mutationes potius sunt: Sola loci variatio motus est. Graeca origo μέτωπος μέτωπος. Unde μέτωπος, non autem q: μέτωπος sicut Plato: sed ab incitatione: unde & furor:

## L IX.

Porro motus in substantia, vel est ad formam & dicitur φύσις: vel ad privationem, & dicitur φύγεσις in quantitate motus est vel ad accretionem & dicitur αύξησις: vel ad decrementum, & dicitur μειώσις q: φύγεσις. Ceteris nomina speciebus attrahita & appropriata non reperiuntur. 3. phyllicor. 23 l. i. de gener. & corrupt. c. 4. &

## L X.

Motus autem omnis licet τολμητικός, id est, ratio-ne & respectu diversorum terminorum diver-sus & duplex esse videatur; unus tamen est τολ-

18 EPITOMÆ LIB. PHYSIC.

id est, subjecto. Unus enim idemque est motus, qui moventis respectu actio dicitur, & ratione mobilis subjecti dicitur passio. 3. physicorum cap. 3.

LXI.

Motui opponitur ἡταίρια sive ἀκίνητα quies, quæ est σίγουρος θέσης, id est, privatio motus in eo, quod ad motum habet facultatem recepiam. 3. physicor. 2.

LXH.

Hæc de motu. Ad cuius evadationem cum in primis etiam disquisitio. Si οὐ απέγει, id est, de infinito faciat, hic sane idipsum meritò attingitur; præsertim cum omnes etiam antiqui physici de eodem hac occasione agere non dubitarint. 3. phys. 4.

LXIII.

Ut autem de nomine initio aliquid afferamus, quinque in primis modis οὐ απέγει, infinitum dici meminerimus.

1. Tὸ αὐθικὸς διελθεῖν, infinitum dicitur; quod nullum simpliciter transitum agnoscit, nullamque sui divisionem admittit, ut punctum. ibid.

LXIV.

2. Tὸ διεξαδού ἔχον απελάσιμον, quod transitum quidem habet; sed immensum, ita ut transiri tamen nunquam possit. Et hoc τὴν εἰσεγένεα απέγει, id est, actu dicitur infinitum, ut apud Geometras lineæ infinitæ & magnitudines infinitæ. ibid.

LXV.

3. Tὸ μογῆς, id est, quod difficulter & vix quidem pertransiri potest. Sic labores infinitos & molestias infinitas dicimus ibid.

LXVI.

4. Οπιζουσὶς ἐξ: εἰν ἐξ ἢ διεξαδεῖ, id est, id quod transitum quidem habere aptum est; nec tamen habet;

## ARISTOTELIS.

habet, ut maris profunditas, ob aquæ impedimentum, est infinita.

## LXVII.

5. Τὸ ἀπτέρος ἀπειρόν, οὐ μὲν ἀρχόντα, οὐ κατὰ διάίρεσιν  
αποδιάρεσις, id est, infinitum denique id dicitur,  
cui sine determinatione ac fine semper vel aliquid  
addi potest, ut in numeris; vel detrahi, ut in ma-  
gnitudinibus, vel denique cui partim aliquid addi,  
partim adini semper potest, ut in motu, tempo-  
re; diciturque hoc ἀπτέρος, id est, infinitum  
potentia. ibid.

## LXVIII.

Infiniti significatio prima & tertia & quarta,,  
sunt impropriæ, neque hic pluribus perstringen-  
dæ. At de infinito secundæ ac quintæ significatio-  
nis modò inquitur.

## LXIX.

Infinitum igitur secundæ significationis sive  
τὸ ἀπτέρος ἀπειρόν, id est, actu infinitum esse ullum  
penitus insiciamur. Idque promissis logicis & aliis,  
hac unica physica ratione videlicet. Quia nec  
corpus sensile simplex, nec compositum esse po-  
test infinitum. Non compositum. Quia sic vel hoc  
ipsum compositum ex simplicibus esset finitis; &  
propterea sanè itidem finitum foret: vel constaret  
ex infinito uno ita, ut reliqua essent finita. At  
certè sic finita, ab hoc infinito penitus consumme-  
rentur, & excluderentur; vel denique ex omni-  
bus infinitis esset compositum, quod rursus im-  
possibile est. Unicum enim infinitum nullum cas-  
teris locum relinqueret. 3. phys. 5.

## LXX.

At nec ullum simplex potest esse tale infinitum.  
Aut enim unum illud esset ex Elementis; & sic  
unum infinitum cætera excluderet; aut diversum

20 EPITOM. LIB. PHYSIC.

ub Elementis, & tale nusquam esse apparet, nec  
constat. 3. physl. 5.

LXXI.

Concludimus igitur infinitum actu in natu-  
ri nullum esse. At τὸ τὸ διωρθεῖσθαι, potentia  
infinitum plane statuimus. 3. physicorum ca-  
pit. 6.

LXXII.

Definimus hoc infinitum sic: ἔνδειος τὸν ιν-  
γαντὸν ποτὸν λαμβάνεσσιν αὶ πλανεῖσθαι, id est, in-  
finitum est, cuius quantitatem si quis accipiat,  
semper aliquid extra sumere poterit, id est, quod  
actu quidem finitum est; attamen semper & in-  
finitum quantitas ejus moveri poterit. 3. physi-  
cor. 7.

Scalig. libr. 6. ad Theophr. c. 5. Recte dixerunt  
prisci infinitos esse sapores. Quia infinitæ sunt  
missiones; non quidem specie: sed gradu. Quo  
lanc modo dicimus infinitum impræscriptum.  
Nusquam enim infinitum in Natura. Sed ignotus  
nō numerus modorum. Fiunt ergo ex missio-  
nibus infinitæ: sed similes ajo primari-  
as; iūm ex iis alias nasci & confieri. Facit autem  
infinitos ex finitis propter momentorum variati-  
onem: quæ momenta consistunt in omnibus in-  
telligibilibus portiunculis qualitatum, potestatūm,  
efficientium causarum, in terra, aqua, aëre, igne,  
cœlo: quæ quidem sunt numerabilia: sed sicut  
arena maris.

LXXIII.

Dividimus tale in potentiam infinitum, τὸ πόθεν  
τὸν περιθεῖσθαι: τὸ δὲ φυσικόν: illud quidem, cui  
Semper aliquid addi potest: hoc verò, cui subtrahi  
Semper potest aliquid. ibid.

LXXIV.

Tempus & motus utroque, id est, additione &  
sub-

## ARISTOTELIS.

Subtractione sunt infinita. Semper enim hora horam, motus motum insequitur. Numerus vero ad divisionem; magnitudo contra subtractionem est infinita. ibid.

## LXXV.

Hac de infinito. Sequitur dehinc ut cum philosopho locum etiam qui corporibus naturalibus necessariò attribuitur, attingamus, & hac occasione de vacuo etiam nonnulla subjiciamus. 4. phys. I.

## LXXVI.

Dicitur autem locus dupliciter: ὁ μόνος, εἰν τῷ περιεργατάρι: ὁ δὲ ἄλλος, id est, Alius est locus communis, plura in sece continens corpora; non tamen primo & per se: ut æther locus noster dicitur communis. Alius proprius est, primò ac per se corpus aliquod ambiens & continens. 4. phys. corum 2.

## LXXVII.

Omissio communis, de proprio hic sermo est, cuius definitio atque essentia ex præmissis his hypothesibus optimè indagari atque explicari potest.

## LXXVIII.

I. Τόπος ἐστιν οὐδὲ περιεργατής, ἀ τόπος, id est, locus locatum suum primò & immediate ambit: per hanc loci propriam conditionem τὸ Διάστημα, id est, spatium excluditur & rejicitur. 4. phys. cor. 3.

## LXXIX.

2. Ο τόπος μηδὲ in τῷ περιεργατῷ, id est, locus non est pars aliqua locati sui, quod complectitur. Hac hypothesi materia ac forma abhinc relegatur. ibid.

## LXXX.

3. Ο περιεργατός τόπος μηδὲ εἰληπτός, μηδὲ μείζον, id est,

b. 4.

est,

23 EPITOM. LIB. PHYSIC.

est, locus proprius ac primus locato suo nec major est, nec minor: sed eidem planè ac plenè æqualis. Hac proprietate corpus & communis locus inde rejicitur. ibid. Scalig. l. i. ad Theophr. de caus. plant. c. 2.

Silocus angustus est; etiam id, quod eo capietur loco, parvum erit. Est enim locus locato pars. Ein großer Vogel/ ein großer Nest. Sed est rusticus hic locus. Wie der Bauer in die Stieffeln fehrt.

LXXXI.

4. Μήδι δομλαίται εκάρυ, και γεωργός, id est, locus aequaliter est sine corpore locato. Semper enim aliquid in se habet corpus; à quo tamen separari potest ita, ut hinc aliud recipiat. Hæc hypothesis vacuums abhinc removet, de quo paulò post. ibid.

LXXXII.

5. Πλεῖς ὁ γένος ἵππος τὸν αὐτὸν καὶ τὸ κέπτη. Sic locus naturalis rectus, aut est sursum, aut deorsum, ibidem.

LXXXIII.

6. Φίγεται φύσις καὶ μηδὲν αὐτοῖς συνείσαι τὸν εἰκαστὸν, id est, unumquodque corpus natura sua ad proprium suum locum fertur, inquit eodem permanet ac secundum naturam quiescit. ibidem. Scalig. l. i. de plant. p. 100. Locus locati finis est. Idem l. ii. ad Theophr. de caus. plant. c. 6.

Sunt etiam principia conservationis. Quorum locus tenet principatum. Idem corrigit se ibidem l. 5. c. 3. Nihil afficitur à loco, quā locus est. Nihil enim aliud locus est, quam vacuum corpore plenum. Non à loco, quatenus ille ager est. Semper enim solum idem: sed à loco, ut afficitur cœli & aeri impressionib.

Hinc

## LXXXIV.

Hinc definitio loci extruitur haec: τὸν τοῦ περιπτέτου τοῦ σώματος ἐξίστων. Locus est ambientis corporis terminus immobilis primus. 4. phys. 4.

## LXXXV.

Exinde coronidis loco patent haec: 1. οὐδὲν σῶμα.  
καὶ οὐδὲν σῶμα τοῖς αὐτοῖς, τὰ τοῦ σώματος: αὐτὸν  
μὲν τὸ σῶμα, id est, corpus in loco est, extra quod aliud  
est ambientis & continens corpus: extra quod vero  
corpus nullum est, illud in loco non esse dicitur.  
4. phys. 5.

## LXXXVI.

2. Τὰ μὴ ιδίαν τοῦ σώματος διάφανα: τὰ δὲ οὐδὲν εἰσή-  
γενη, id est, omnia, quae in loco sunt, vel potestate  
in loco sunt, ut partes totius a toto non separatae;  
sed cum ipso coniunctae: vel actu, ut ipsum totum  
& partes, a toto divulsæ ac sejunctæ. 4. physicoe  
capit. 5.

## LXXXVII.

3. Τὰ μὴ ιδίαν άντα: τὰ δὲ κατὰ συμβεβουλέα, alia qui-  
dem per se sunt in loco; alia vero per accidens, ut  
Anima, Cœlum.

## LXXXVIII.

Cœlum enim cōsideremus, εἴτε μηδὲν αὐτῷ  
εξίστων, id est, in loco non est ullo, quippe  
cum extrinsecus nullo corpore contineatur: τὸ δὲ  
τοῦ κατατομῆς, τούτην καὶ τὸν τοῦ μηδένα, id est, qua-  
tenus vero movetur, catenus per accidens & se-  
cundum partes est in loco. 4. phys. 6.

## LXXXIX.

Hactenus de loco, cuius respectu positivè qui-  
dem plenum dicitur, id videlicet, quod corpus actu  
in se habet. Privativè autem τὸν τοῦ vacuum, quod  
veteribus δοκεῖται εἶναι, εἴτε μηδὲν εἰν σῶμα. id est,  
videtur & definitur, quod sit locus, in quo nullum  
est corpus. 4. phys. 7.

## X C.

Tale autem vacuum nullo uspiam modo agnoscit natura; quin potius, ut prolixè ostendunt philosophi, veluti inimicum sibi, & contrarium istud aversatur, nec per se ac separatim à corporibus, nec occupatum à corporibus, nec existens in corporibus vacuum admittit: sepeque gravia sursum, levia deorsum, & alia alieno planè motu ac loco continet & pro evitando vacuo susinet. 4. phys. corum 8. & 9.

## X C I.

Unde rectè & bene cum Philosopho dici putamus: τὸ κενόν μὴ ὄντε νοῦσον δοκεῖ εἶναι, Vacuum non ens quoddam: sed privatio videtur esse. 4. phys. corum 8.

## X C I I.

Borò cùm naturalis motus mensura sit ὁ χρόνος tempus; meritò etiam de tempore in physicis fuerit differendum. 4. phys. 10. & 11.

## X C I I I.

Tὸ εἶναι, id est, an si tempus, non injuria dubitatur; cùm partes ipsius uspiam sint. Sciendum,igitur tempus partim non esse. Quia nunquam, totum est simul & perfectè subsistens: partim esse, utputa, quod constat ex partibus, certa thesi sive positione ac situ non definitis; sed ordinem successivum habentibus, quō aliæ semper aliis succedunt, non secus ac in profluente fluvio perpetuo, aliæ profluentes portiones in aliarum locum succedunt. 4. phys. 10. Unde poëta:

Unde velut labunda novæ supereminet undæ.

## X C I V.

Tὸ οὐδὲ definitio temporis accuratissima est, ὁ χρόνος εἰναι αἱρέθως καίνοτας καὶ περιττοὶ καὶ ὑπερογκοί, i.e. Tempus est numerus motus secundum prius & posterius. 4. phys. 11.

Ov.

## XCV.

*Oὐκ ἔτι κίνοις ὁ χρόνος : αλλ' ἡ δύσθενος ἐχεῖ κίνοις .*  
 id est, Tempus igitur non est simpliciter motus, ut  
 Platonici volunt & Stoici; sed affectio quædam &  
 quantitas motus est, quatenus numerum haberet  
 ipse motus & secundum prius & posterius nume-  
 ratut atque distinguit. ibid.

## XCVI.

Est autem numerus duplex: *καὶ γὰρ τὸ δύσθενον*  
*καὶ τὸ δύσθενόν τοντον*, δύσθενος λέγεται καὶ ὁ δύσθενός, id est.  
 Alius est numerus numeratus, res nimirum ipsæ,  
 quæ numerantur, & numerans, quo numeramus.  
 Tempus autem licet similitudine quadam & suo  
 quodam modo numerans numerus esse possit;  
 verè tamen & propriè numerus est numeratus.  
 Anima enim, quæ numerat, motum in prius & po-  
 sterius distinguit, quæ ipla distinctio & numera-  
 tio tempus nuncupatur. 4. Phys. 11. & 12.

## XCVII.

*Τὸ δὲ χρόνος τὰ πάθη γέγονται: τὰ δὲ μέσα, id est, partes*  
*temporis duas sunt, præteritum videlicet & futu-*  
*rum, quæ sanè suo statim nomine sese explicant.*  
 4. phys. 10.

## XCVIII.

*Τὸ δὲ νῦν καὶ μέσος: αλλ' ἐν συνήδει χρόνος, id est,*  
 Nunc verò sive momentum pars temporis non  
 est; sed potius temporis continuatio, sicuti nec  
 punctum est pars linæ; sed ejusdem potius est  
 terminus, sic quoque Scaliger. lib. 2. de plant. ad  
 Aristot. p. 326. Ipsa forma inquit, introducitur  
 in non tempore, id est, in momento indivisibili-  
 li, quod instans Sophistæ dicunt accommoda-  
 tissimo vocabulo, ad id significandum, quod  
 non stat. Fugit enim tempus ipsum hoc,  
 quod est, neque admittit designationem.  
 momenti

## 26 EPITOM. LIB. PHYSIG.

momentum temporis est terminus, atque ita quidem, ut secundum prius & posterius, id est, praeteritum & futurum commetiatur tempus, ejusque finis sit & hujus principium. Estque unum & idem semper ~~in~~ <sup>ad</sup> ~~tempore~~ <sup>tempore</sup> subjecti & ipsius rei respectu: non vero ~~in~~ <sup>ad</sup> ratione & ipso prioris ac posterioris respectu. 4. phys. 10. &c.

## XCIX.

Sequuntur jam ~~et~~ <sup>ad</sup> hoc dion, id est, attributa ipsius temporis, quorum principialiora a Philoso pho assignantur haec: 1. Datur minimum in tem pate multitudine: ἐλάχιστον κατὰ μόρον δύο οὐσίας, δύος, οὐδενὸς κατὰ μέρον τὸ τοῦτο. Numerus enim, qualem & tempus esse diximus, minimus est multitudine, ipsa unitas & binarius; non autem mag nitudine. 4. phys. 12.

## C.

2. Οὐχίστον πολὺ καὶ βραχὺς ἢ λέγεται: πολὺς ἢ οὐδίστον καὶ μακρὸς καὶ βραχὺς, id est, tempus non dicitur velox aut tardum; sed multum & paucum, longum & breve, atque illud quidem <sup>τὸ δύο</sup> οὐσίας, quatenus est numerus: hoc verò <sup>τὸ συνεχές</sup>, quatenus ipsum tempus est quiddam continuum. 4. physicor. 12.

## CI.

3. Οὐχίστον ὁ αὐτὸς καταχθύπεια, id est, tempus ubique idem est & unum simul. Quia numerus numeratus, secundum partes tamen, i.e. prioris & posterioris respectu, distinctum est diversum. ibidem.

## CII.

4. Οὐς εὑδέχεται κίνησι τὴν αὐτὸν εἶναι καὶ μίαν παλιν ἔτοι καὶ χρόνον εὑδέχεται, id est, quemadmodum unus, idemque motus redit; sic idem revertitur tempus, non quidem numero idem; sed species,

## ARISTOTELIS.

27

specie, v. g. idem annus, elapsò anno revertitur  
specie; non verò numerò, ibid.

### C III.

5. Οὐ μόνον τὸ κίνητον τὸ χρόνον μετεπέσθιτο: ἀλλα καὶ  
τὸ οὐκίνητον τὸ χρόνον; id est, tempore motum numerā-  
mus, & viceversa, mótu tempus ipsum quidem mé-  
timur. Sic longum tempus dicitur. Quia motus est  
multus: & motus dicitur multus. Quia multum sit  
temporis: sed hæc dimensio móitus per tempus est  
prior; altera vero, huic reciproca, posterior est; &  
veluti secundaria. 4. phys. 12.

### C IV.

6. Εν τῷ χρόνῳ τῷ αὐτῷ γίνεται, id est,  
licet ipsum quidem tempus generationis & corri-  
ptionis causa non sit in rebus naturalibus; omnia  
tamen corpora naturalia in tempore oriuntur &  
occidunt, sive generantur & corruptuntur. 4.  
phys. 13. Scaliger. l. i. de plant. p. 182 A tempore  
mutari aliquid falsum est. Si enim mutaret. Sem-  
per enim est. Quia tempus est tractus motus sive  
duratio. Est igitur aliquid consequens quantita-  
tem in quantitate; nempe in corpore quanto.  
Quantitatis actio nulla est. At omnis mutatio,  
actio. Imbecillitas ergo à tempore nulla provenit.  
Qua ratione vana est χρόνος, à θέσει. Sed à contrá-  
riis gelu, & flu, squalore, aëris, aut terræ. Hæc fo-  
ris oppugnant & nihil scimus intus laboramus  
contrariis qualitatibus. Unde sit senectus atque  
solutio compagnis naturalis.

### C V.

7. Ανάγκη ποιῆσαι τὰ σὺν χρόνῳ διέξιτα τὸ τέλος  
id est, necesse est, omnia, quæ sunt in tempore,  
ab ipso tempore contineri; non scimus, ac ea, quæ  
sunt in loco, à loco etiam ipso continentur & com-  
prehenduntur. 4. phys. 12.

8. Textus



## C VI.

8. Tū ἀνάβει, οὐδὲ ὄργανον ἔστιν εἰ τὸ χρέων. καὶ τὸ περί<sup>τ</sup>  
ἔργου τὸν Φύσην, id est, res æternæ, quatenus æ-  
ternæ sunt, non sunt sanè in tempore. Neque  
enim tempore illæ continentur ac definiuntur. 4.  
physicor. 12.

## C VII.

Differentiæ temporis sunt:

1. Tὸν nunc: de quo supra.

2. Tὸν aliquando.

3. Tὸν jam.

4. Tὸν ἄρχοντα.

5. Tὸν πάλαι olim.

6. Tὸν ἐξαιφόνος subito, sive repente. 4. phys. 13.

## C VIII.

Tὸν πότεν Φύσην οὐδὲν οὐδὲν πέπον τὸ περίτερον οὐδὲν  
εστίν, id est, particula aliquando est tempus deter-  
minatum ad momentum præteritum ac futurum:  
ut aliquando fuit diluvium, aliquando erit παν-  
dæcis omnium rerum consumtio; seu omnimoda  
perditio. 4. physic. 13.

## C IX.

Tὸν ἄλλο τὸ ξένον οὐτὸν παρόντον νῦν αἴρεται μέρος Φύ-  
σης παρόντον παραθετόν Φύσην, id est, particula  
jam, dicitur tempus vel præteritum vel futurum,  
ipsi momento præsenti proximè vicinum, ut jam  
deambulavi, jam deambulabo. ibid.

## C X.

Tὸν ἄρχοντα Ιησοῦ Φύσην οὐν καὶ μάκρον Φύσην  
εστίν, id est, particula nuper est tempus præsens  
momento propinquum, & præteriti quidem por-  
tiuncula, ut nuper redii: πάλαι δὲ τὸ πότεν, id est,  
olim verò dicitur tempus præteritum longius præ-  
senti momento remotum. 4. physic. 13.

## C XI.

Tὸν ἐξαιφόνος πέπον παραθετόν Φύσην οὐτὸν παραθετόν Φύσην

say, id est, subito dicitur, tempus adeo exiguum;  
ut sensu sermè ob ejus parvitatem comprehendendi  
nequeat, & sic quantum illud fuerit, in re mutata  
ignoretur. ibid.

## C XII.

Cum autem tempus numerus sit & quidem nu-  
meratus, patet, sane sublata anima ipsum nume-  
rante, postea non esse amplius tempus formaliter;  
hoc est, ut numerus numeratus: manifestamen ma-  
terialiter & subjectivè, nempe quatenus nihilomi-  
nus in motu prius est ac posterius, et si non nume-  
ratum. 4. phys. 14.

## C XIII.

Licet vero cujusque motus mensura sit tem-  
pus: tamen in primis motum cœli primum hic in-  
telligimus; secundariò motiones Solis, Lunæ, &  
reliquorum denique corporum cœlestium, εἰδο-  
γότων μέτρον πάσι τοις, τῶν συγκεντῶν ἡ κυκλοφορία ἡ ἀρ-  
χὴ μέτρον μάλιστα, ὅπου διόπειρα ο τούτης γνωματεῖται.  
Id est, si enim id, quod est primum omnium, que  
ejusdem generis sunt, mensura est; sane circularis  
ille cœli motus maximè est mensura, cum ipsius  
numerus sit per quam notissimus; perfectissimus &  
maximè æquabilis. ibid.

## C XIV.

Ἐπειδὴ τὸν ὁροφόρον μέτρον κακότερον, ἐπειδὴ ἡ ἀριστερὰ μέ-  
τρον κατὰ οὐρανοῦ τὸν, id est; Quia vero tempus est  
mensura motus; sane idem etiam quietis motus  
oppositæ mensura fuerit per accidens. πάσου γὰρ ἀρι-  
στερᾶς τοῦ ὁροφόρου id est; Omnis enim quies est & sit in  
tempore. 4. phys. 12.

## C XV.

Hec de tempore: post hac tandem ad motus ubi-  
tiorē revertimur explicationem, superius qui-  
dem a nobis generaliter inceptam & inchoatam;  
dehinc vero speciatim complendam ac perficien-  
dam.

Inpri-

## C X V I .

In primis autem sciendum est, motum omnem dicitur per se, ut homo currit; aut per accidens, ut album currit; aut per aliud, & ratione partis, ut cum homo sanari dicitur, dum pes aut oculus ipsius sanatur. Hæc ipsa distinctio est memorabilis & diligenter notanda non tantum de mobilibus: sed moventibus etiam; de ipsis quoque terminis motus oppositis, à quo & ad quem. 5. phys. 6.

## C X V I I .

Rejecta autem abhinc τὴν κατὰ συμβολὴν μεταβολὴν mutatione illa, quæ est per accidens: Motum hoc in loco per se considerabimus, in quo animadvertisenda, ubique erunt hæc: 1. τὸ πάνθε, id est, ipsum movens, quod motum infert. 2. τὸ κινητό, id est, mobile, quod movetur. 3. ὁ γένος tempus, in quo fit motus. 4. τὰ ἀνταρτίαι, à quo & ad quem fit motus. ibid.

## C X V I I I .

Omnis autem mutatio & motus, aut dicitur esse ex non subjecto in subjectum, ut φύσις generatione, aut a subjecto in non subjectum, ut φύσις corruptio: aut ex subjecto in subjectum, aut a non subjecto, ad non subjectum. Hic vero ultimus modulus, motus Physici inutilis planè est, & incongruus. Neque enim ex contrariis profluit, neque ex intermediis, neq; ex contadicentibus. Primus vero & secundus, mutationes quidem sunt; motus tamen dico propriè nequeunt. Quia id, quod non est, moveri non potest; siquidem motus est ejus, quod est. 5. phys. 1.

## C X I X .

Relinquitur igitur in primò tantum mutationis modo versari physicum motum, qui est ē subjecto in subjectum, & quidem vel in quantitate vel qualitate, vel deniq; in ubi, qua de te superius. 5. phys. 1. His

## ARISTOTELIS.

### CXX.

His autem tribus motus physici & propriè dicti modis simpliciter opponitur *άνυγος*, id est, immobilitas, quæ triplex est. 1. Eorum, quæ nullo modo moveri possunt, ut res incorporeæ. 2. Eorum, quæ tardè admodum moveri solent, ut stellæ octavi cœli, quæ fixæ nuncupantur. 3. Eorum, quæ natura apta sunt, ut moveri possint; non autem moventur; & hæc peculiariter dicitur *άρρενος* qui est, *ήγενος* autem quietio, via ad quietem appellatur. 3. phys. 2.

### CXXI.

Habet autem motus quasdam etiam veluti affectiones hic quoque merito explicandas, quarum prima est:

1. Τὸ ἄκανθον, simul,
2. Χωρίς, separatim esse.
3. Τὸ ἀπένταλον, tangi.
4. Τὸ μεσόν, intermedium.
5. Τὸ πρόσχον, deinceps.
6. Τὸ ἕχοντος, contiguum.
7. Τὸ συνέχεις, continuum. 3. phys. 3.

Scaliger. l. 5. ad Theophr. de causâ plant. c. 23.  
Confudit rerum naturas. Τὸ συνέχεις, τὸ ἕχοντος,  
τὸ πρόσχον, τὸ συνίστημα. Sunt rerum gradus, quæ aut  
cohærent per partes naturales, ut unum sint, aut se  
tangant, neque sint unum; inter quæ tamen nihil  
alieni, aut inter quæ sit aliquid; hæc dicimus con-  
sequēntia; aut ut sint aliquo modo vicinæ sibi.  
Nunquā τὸ συνέχεις dicitur τὸ ἕχοντος apud philo-  
sophum, q:ldem. Quod tangit propè est & omne  
& semper. Quod propè est non omne, neque  
tempor necessariò tangit.

### CXXII.

1. Ἀμέριδὴ λέγεται ταῦτα εἰναὶ γράμματα, οὐτε εἰν τούτῳ  
εἴη τούτοις, in est, simul esse secundum locum di-

30 EPI TOM. LIB. PHYSIC.

cuntur ea, quæcunque in uno sunt loco primo & ve proximo. ibid.

C XXII.

2. Χώραις ἢ λόγοις, οὐν εἰ τέρης, id est, separatis esse dicuntur, quæcunque sunt in locis diversis. ibid.

C XXIII.

3. Ἀπτήσις, ἡ τὰ ἔνεργα ἀναγνώσκει, id est, tangere se ea dicuntur, quorum extrema sunt simul. ibid.

C XXIV.

4. Μετάξις ἢ εἰς ὁ στόχοις προσειπτικῆς τὸ μέσον. Κάλλος, ἢ εἰς τὸ ἵκανον μετάξιον τοῦ φύσιον συνεχῶς μεταβάλλεται; id est, intermedium dicitur id, ad quod ut prius perveniat, quod mutatur, naturā comparatum est, quam ad extremum, cum secundum natūram continentur mutetur, seu quod est collatum inter medium & quo & ad quem.

C XXV.

5. Επιέξις ἢ μηδὲν μετάξιον εἰν τοῖν εἰν τῷ αὐτῷ γένει εἰρητῆς, id est, deinceps esse dicitur, inter quod & id, cui est consequens, deinceps nihil est ejusdem generis interjectum. 5. phys. 3.

C XXVI.

6. Εχόμενος ἢ, οὐ εἰ φεγγίς ἢ αἴτητος contiguum, dicitur id, quod deinceps est & tangit. ibid.

C XXVII.

7. Συνεχής ἢ εἰν, ὅτι τὸ κύριον οὐ τὸ ἄκρητον τέλος, οὐ διατοπή, id est, continuum est, cum utriusque termini quibus se contingant, facti sunt unum quid & idem. 5. phys. 3. Scalig. l. 1. ad Theophr. c. 5. Aliud est συνεχές, id est, subtilissima definitio continua, cuius partium extrema sunt unum.

C XXVIII.

Ejus autem continua vel 1. τὸ γόμφων, id est, concin-

conciinatione, ut si navis ex asseribus conficiatur, vel 2. τῇ κόκῳ conglutinatione, ut si ligna invicem sibi agglutinentur, vel 3. τῇ ἀφῇ contactu, uti mundus contactu est continuus, vel 4. denique τῇ τετραγήνῃ agnatione, ut si lapis lapidi accrescat, atque adnascatur, qui modus in Physicis maxime est proprius. ibid.

## C XXX.

Porrò *μία κίνης* unus dicitur motus tripliciter, vel 1. genere, qui est in uno & eodem praedicatione, vel 2. τῇ εἴδει specie, qui non tantum in uno est genere; sed etiam in una eademque specie specialissima continetur, vel 3. τῇ δύοτερῷ numero, qui unus est subjecti mobilis, unusque & idem est specie, & in uno sit tempore, ut nulla intermedia quies intercedat, sive qui est pure continuus. 5. phys. 4.

## C XXXI.

Alio tamen adhuc modo, motus unus dici consuevit, scilicet vel perfectione, qui perfectus jam est & consummatus, vel æquabilitate, qui semper est sui similis & æquabilis. Inæquabilis enim motus diversitatem præ se fert, & quandam multiplicarem. ibid.

## C XXXII.

Quietem motui generaliter & veluti privationem opponi anteā diximus. Motus autem motui opponitur, quando simul utrique termini usque motus sunt contrarii, ut motus à sanitate in morbum opponitur motui à malo in sanitatem. 5. phys. 5.

## C XXXVIII.

Quies vero specialiter in termino à quo opponitur motui, qui est ab illo eodem termino. Quietus vero quies opponitur per & propter contrarios terminos, non secus ac motui motus, verbi gratia,

quies in albedine vel sanitate contraria est quieti  
in contrario, scilicet in nigredine vel morbo. 6.  
phys. 6.

## C XXXIV.

Sicut autem magnitudo omnis primo & per se;  
sic etiam motus omnis propter magnitudinem &  
propter motum; tempus quoque ipsum sunt con-  
tinua & in infinitum dividua. 6. phys. 1.

## C XXXV.

Quicquid enim non est compositum ex indivi-  
duis, id ipsum in infinitum est dividuum. Nullus  
autem continuum, cum quantum sit, ex individu-  
is est compositum. Quae enim individua sunt, ea;  
quia extrema & partes nullatenus habent nec con-  
tinuo nec contiguo motu conjungi & copulari  
possunt. 6. phys. 1.

## C XXXVI.

Sic sane lineam, utputa, quae continua est ex in-  
dividiis, verbi gratia, ex punctis, non componi-  
certum est; quippe alias extrema necessariò unum  
essent; per superiorēm continui definitionem. Punctum autem, quatenus punctum, ~~apud eum~~, id  
est, partes & extrema nulla habet. Quod igitur de  
uno continuo dicitur; sed sane de ceteris eodem  
modo recte asseritur, cum eadem hac in parte o-  
mnium continuorum sit ratio. 6. phys. 1. Euch. 1.  
Elementor. geomet. definic. 1.

## C XXXII.

Neque vero hic ratam esse putes Zenonis argu-  
mentationem propter concessam scilicet magni-  
tudinem infinitam, motum omnem tolli. Neque  
enim finitum actu concedimus; sed potentiam, per  
quod sane motus omnino fieri potest, cum & tem-  
pus & motus ipse hoc modo sit infinitus. 6. physi-  
cor. 2.

Nec

## CXXXVIII.

Nec verò ad ipsum r̄v̄, id est, momentum temporis confugiendi est occasio, q: scil. in eo infinitam conficeret motus magnitudinem. & cū ḡ cū tu  
v̄z x̄n̄t̄z, id est, Nihil enim prorsus in momento  
moyetur, aut quiescit; sed in tempore. 6. phys. 3.

## CXXXIX.

Kίνον δὲ περιδιαγέσθη δίχος: εἰ αὐτὸν τέσσεραν τὴν γένον: αὐτὸν δὲ κατάταξι τὸν μηδὲν οὐ ποιεῖσθαι κακόν, id est, mo-  
tus igitur ipse dividuuus est dupli ratione, nempe  
& temporis, in quo sit; & ratione rei mobilis, cui  
inest motus & inhæret. Etenim utrumque horum  
dividuum semper est; sic motus quoque ipse se-  
cundum hæc semper sumi & dividi potest. 6. phy-  
sico. 4.

## CXL.

His expeditis quædem notanda adhuc restant  
de motu axiomata, inde consequentia, & horum  
quidem primum est hoc: Αἴρυκτον μὲν δεῖληκότ, οὐ τε  
πεπονημένον λαζαρίδι, εἰναι, ἢ οὐ πεπονημένον, id est, quod  
mutatum est, quam primum mutatum est, necesse  
est, ut sit in termino ad quem. 6. phys. 5.

## CXL I.

<sup>2.</sup> Εγώ δὲ πεπάτω (τὸν πεπάτον) μεταβιβεῖληκε τὸ μητρού-  
βληκότ, αἴρυκτον μετεμονεῖναι, id est, in quod primum  
aliquid mutatum est, id ratione totius est indivi-  
duum. ibid.

## CXL II.

3. Datur in motu τὸ πεπάτον, ἐν ᾧ ἀλείσθη μεταβολή,  
primum perfectionis sive consummationis scilicet  
momentum, quo verè dici potest, factam nunc es-  
te mutationem. Non autem datur τὸ πεπάτον, εἰ ἡ  
πεπάτη κεχειρον μεταβάλλει primum inceptionis, quo  
primum incepit motus. Semper enim uno dato,  
aliud prius dari poterit. ibid.

c 3

4. Ev.

## 36 EPITOM. LIB. PHYSIC.

## CXLIII.

4. Ἐν τῷ περὶ τοῦ φύσεως μελάβαται ἡ μελάβασις, εἰ δέ  
το εἴδει τὸν τόπον μελάβασθαι, id est, id quod in tempore  
realique primo moveretur, necessariō in qualibet  
eiusdem temporis parte moveretur. 6. phys. 6.

## CXLIV.

5. Τὸν καὶ νέον ἀριθμὸν τούτου τοῦ μελάσθεον, id est,  
non datur aliquid mutari, nisi procedat mutatum  
esse, & rursus mutatum esse ipsum mutari semper  
respicit, ut ita semper motus aliis aliū præcessere  
rit. 6. phys. 6.

## CXLV.

6. Οὐδὲ κίνησις ἐστὶ τὸ τέλος, id est, omnis motus  
finitus est. Neque enim spaciū ullū, nec mobili  
lis magnitudo, nec tempus est infinitum; quippe  
cum talia omnia superioris ab infinito actu remo  
verimus. Quod si vero unum horum existere actu  
infinitum concederetur, etiam reliqua essent talia.  
Spatium enim finitum non potest confici tempore  
actu infinito; nec spaciū infinitum tempore fini  
to, nec quantitas infinita transire poterit spaciū  
finitum, nec finita magnitudo spaciū infinitum;  
propterea ipse etiam motus finitus necessariō fue  
rit. 6. phys. 1. & 7.

## CXLVI.

Hec quæ de motu modo attulimus, quieti et  
iam & ipsi ad quietem perfectioni, quæ ~~νέκεντη~~  
Græcis est, attribui atque accommodari debent.  
Zenonis autem, Democriti, ac Heracliti sophismata  
quæcunque facile ex his ritè perceptis solvi pos  
sunt & refutari. 6. phys. 8. 9. 10.

## CXLVII.

Restant tandem ut motus causam efficientem  
considere nus, ipsum scilicet movens, quo id,  
quod moveri potest, actu immobile redditur, &  
in primis secundum localē motum movetur.  
Gene.

## ARISTOTELIS.

39

Generationis enim & mutationum reliquarum causam alii Aristotelis libri, qui sunt de ortu & interitu explicabunt.

CXLVIII.

**CXLVII.**  
Quidquid igitur moveatur, id ab aliquo alio  
moveri necesse est, sive id sit externum, & appar-  
rens; sive latens internum. Ne vero in infinitum  
processus fiat, sicut enim περι τοις ιδεαν οντων  
**Συνεισθε**, id est, ad primum tandem aliquod mo-  
vens, quod ab alio amplius non moveatur, necesse  
est pervenire. 7. phyl. I.

CXLIX.

**CXLIX.**  
Motorem autem illum primum, qui prima est  
omnis motus causa & origo, necesse est esse ani-  
mum, & id est, immobilem, unum, æternum, & indivisibilem,  
nullamque quantitatem habentem. 7. physicor. 1.  
2. 5. 6. 7.

CL.

I. **Axiom.** immobilis necessariò est primus.  
Motor. Quæcunque enim moventur, vel statim  
ab ipso immobili aliquo primo movente moveri  
dicuntur; vel ab alio quidem, quod rursus ab alio  
movetur, donec tandem ad aliquod movens pri-  
mum deveniatur. Nihil enim semetipsum potest  
moveare, nisi adsit movens primum: τὸν δὲ πρώτον  
τὸν δέδειται τὸν, id est, infinitorum verò non est ali-  
quod primum. §. phys. 6.

CLL.

2. Et id est, unus etiam est primus motor. Quia, perfectissimus est, ut puta motus perfectissimi & maxime simplicis arg; unius scil. motus primæ sp̄. hexagonalis circularis autem & motor primus: præterea optimum in unoquoque genere tenet in sole, meliusq; certe est unus esse, quod multa, quippe rā. id est, malum molit. Adicōs rā. id est, præterea id est, malum molit.

forme esse solet, bonum verò uniforme, sic & pri-  
mus motor. Rectè enim *στοιχεῖα πολυκριτικά*, *εἰδῆς γέγονος θεών*. 8. phys. 6. 2. Eth. Nic. 6. Homer. Ill.  
ad. 5. Aristot. lib. II. Metaph. 10.

## CLII.

3. *Aldioz. Aeternum quoque esse primum moto-*  
*rem ex eo evincitur, quod motus ipse sit aeternus:*  
*quod ipsum exinde pater. Quia scilicet necesse est,*  
*mobile & movens, vel esse ab aeterno, vel aliquan-*  
*do expississe: quod si cæperint alii quando, per motum*  
*necessariò cæperint & sic ante primum motum a-*  
*lius fuerit motus, per quem mobile & movens cæ-*  
*perit, quod absurdum est. quod si haec aeterna fue-*  
*rint, sine tamen motu, vel id accidit propter ine-*  
*ptum mobile. Quia forsitan ad motum recipien-*  
*dum ipsum mobile fuerit ineptum; vel quia a cau-*  
*sa movente res mobilis fuit remota. At verò ipsum*  
*mobile aptum deinde fieri & causæ moventi acce-*  
*dere non potuisset, nisi per motum; & sic ante pri-*  
*mum motum aliis prior præcesserit, quod, ut di-*  
*cum est, absurdissimum est, idem quoque de mo-*  
*tus cessatione postrema physicè tenebitur. 8. phy-*  
*sicor. I.*

## CLIII.

Præterea, ut tempus, quod est mensura motus,  
aeternum est, sic & ipse motus. Esse autem aeternum  
tempus communis statuit Philosophorum opinio,  
conitatque hoc ipsa ratione; quod sine nunc nul-  
lu n sit aut cogitari possit tempus. Omne autem  
nunc inter præteritum & futurum quiddam est in-  
termediū, utputa finis præteriti & futuri princi-  
piū: quod cum ita sit, tempus necessariò est aeternum.  
Altias enim si cæpisset, ipsum nunc fuisse  
tantum principiū aliquod, non finis; si defini-  
ret, ipsum nunc ultimus tan. cum esset finis; non  
autem

## ARISTOTELIS.

39

autem principium. Id quod naturæ  $\ddot{\tau}\nu\tau$ , ipius nunc vel momenti planè repugnat. ibid.

## CLIV.

Restat ut eundem primum motorem monstramus indivisibilem planè esse & omnis magnitudinis expertem. Quod ipsum ut eo exequamur accuratius, ex Philosopho præmittenda quedam sunt theorematæ: i. οὐ δύναται τοποθεσίαν κινήσεως ἀπολέγεσθαι, id est, nullum movens finitum sive nullus motor finitus tempore infinito movere potest. Exinde colligere licebit, primum motorem esse portare infinitum. 8. phys. 10.

## CLV.

2. Ολας στοιχεῖαν εἰς πηγασμόν μεγάλης ἀνεργίας δινόμενον, id est, in magnitudine finita vis infinita nunquam potest esse & existere: unde primum motorem incorporeum esse collegemus. ibid.

## CLVI.

3. Οὐδὲ εἰς ἀπείρην πηγασμόν δινόμενον εῖναι, id est, infinita vis finita non potest esse. Ex quo patet: vim & virtutem infinitam esse in infinito & viceversa, infinitam virtutem habere infinitum. ibid.

## CLVII.

Ex his elicetur, quod impossibile sit primum motorem divisibilem, corporeumque esse & nullam in se magnitudinem habere. Si enim haberet, aut sanè infinitam haberet, qualē tamen actu nullam esse, ratum ex superioribus tenemus, vel infinitam. At verò in ejusmodi finita virtus infinita primi motoris non potest consistere. ibid.

## CLVIII.

Pater igitur jam, quia primus motor perpetuo immensoque movet tempore, vimque & virtutem habet infinitam, eum indivisibilem esse, & peni-

40 EPITOM. LIB. PHYSIC.

zus in corporeum, omni que magnitudine vacan-  
tem: estque ille ( si Philosophum secum ipso con-  
feras) Dens Opt. Max. cui laus & honor in æter-  
num. 8. phys. 10. lib. 1. Metaph. 7.

Scalig. 1. 5. de caus. plant. c. 2. Hæc est methodus  
divina Peripateticorum, qui rebus naturalibus  
investigatis statuerent fines ipsis, earumque cum  
aliis vel communiones vel differentias agnoscen-  
tent. Cujus diligentia is est finis, ut ex gradibus  
Entium cognoscatur ordinis unitas in universo;  
quo ex ordine intelligitur, quemadmodum pen-  
deat a primo principio, per quorum constitutiones  
ad ipsum usq; ultimum adscendamus. Quæ pars  
prior est beatitudinis, in illius actione sita: ut al-  
teram porro consequamur, quæ in ejus cultu at-  
que amore posita est.

QUÆRITUR.

I.

**A**N universalia notiora sint nobis, quam singu-  
laria?

II.

An in Physicis dentur veræ demonstrationes A-  
ristotelicæ?

III.

An tria principia in libr. 6. Phys: assignata sint  
communissima omnium Physicorum corporum  
principia, sic etiam cœli, necne?

IV.

An cœlo semper moto, terræque semper quie-  
tenti naturæ etiam definitio conveniat?

V.

An materia prima sit in prædicamento substan-  
tiæ?

VI.

An monstrum natura ipsa efficiat?

Ab

## VII.

An recte dicatur linea ex fluxu puncti fieri, ut  
habent Mathematici & Aristoteles, s. phys. 6.

## VIII.

An magnitudines secundum Mathematicos ve-  
rè dentur actu infinitæ?

## EPITOME LIBRORUM

de Cœlo.

## CONTINUATIO.

**S**uperiore disputatione ea omnia, quæ Physicam continent generalem & libris 8. quoniam à negotiis à Philosopho propositam concernunt, attulimus atque exposuimus: sequitur jam Physica specialis, in qua post explicata naturalia principia & affectio-  
nes proprias, subjectum modò ipsum specialiter sive  
partialiter consideratur & in scientiam revocatur.  
Sunt autem species illæ corporis naturalis in duplice  
in primis differentia, & discriminine; alia nimirum  
simplicium sunt corporum; aliae vero ex hisce consti-  
tutorum & compositorum. A simplicibus autem me-  
ritò initium fuerit ducentum, quorum quidem sim-  
plicissimum omnium, latissimumque ac nobilissimum  
est corpus cœlestis, à quo Physicam ob id suam speci-  
alem Philosophus prudenter exordit, atque exinde  
ad reliquorum quoque simplicium corporum in mun-  
do contentorum explicationem progrediendo ordine  
pertexit. 1. phys. 1. in tēn nābhā ēmī tā uab  
ēkasa dñi węgięwaz.

Mun.

42 EPITOM. LIB. PHYSIG.

I.

Mundum, Græcis κόσμον ab ornatu dici certum est, & evidentissimum; qui naturali significatione acceptus duas habet assignatas ab autore libri de mundo definitiones, causalem alteram, alteram partialem.

II.

Causali definitione est κόσμος οὐτῶν ὅλων τάξεων  
Διακόπουνος τοῦτο δέ τοι νοεῖ Διὸς θεού φυλακτοφύλακα, id est, mundus est corporum omnium ordinatio atque exornata distributio, per & propter Deum constituta & custodita lib. de mund. cap. 2.

Galenus cum Laërtio: ποιητὴς τετάρτος οὐρανοῦ τῶν τάξεων περιοχῶν, κόσμον. Causam addit Plutarchus: εἰπεν δὲ αὐτῷ τάξεως, id est, ab ordine sive toto ornatu. Plinius l. 2. Quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellarunt, eum nos à perfecta absolutaque elegancia mundum.

III.

Partialis verò mundi definitio hæc est: κόσμος οὐτῶν τάξεων οὐτούτων οὐτούτων γῆς γῆς καὶ τάνατος θεοῖς πολεμοφύλακας, id est, mundus est constituta machina ex celo & terra aliisque in his comprehensis naturis. lib. de mund. cap. 2.

IV.

Corporum igitur in mundo contentorum alia quidem sunt simplicia; alia verò ex his composita. 3. phys. s. 1. cœl. 2.

V.

Cum autem omnia corpora naturalia per se sint mobilia secundum locum, motusque ipse localis duplex sit, vel simplex, qui simplicibus corporibus, vel mixtus, qui mixtus convenit; tot sane erunt mundi simplicia corpora; quot modis simplex motus localis variatur, cum unius simplicis corporis unus sit simplex motus. 1. cœl. 2.

Sim.

## ARISTOTELIS.

43

## VI.

Simplex igitur motus localis duplex primum est, sphaericus qui est & fit circa centrum & rectus, qui idem rursus aut est a centro, sive medio sursum versus, aut ad centrum deorsum: & quidem interq; vel simpliciter vel secundum quid. ibid.

## VII.

Rectum motum quadrupliciter variatum 4. simplicia corpora, quae Elementa propriè dicuntur, agnoscunt: Sphaericum vero autem eidem simplici in hoc mundi systemate corpori convenire necesse est; idque quintum erit corpus, ita ut sit etiam rectum et a centro pars eius circa eum sive recte, sive peripherie, id est, essentia quinta; eaque a reliquis quatuor simplicium corporum constitutis diversa; quinimodo longe prior atque divinator. ibid.

## VIII.

To γε τέλειον πρόπορον τῆς φύσης οὐκτελεῖται, τελείωται: οὐθέας γένεσιν οὐδεποτε, οὐδὲ τέλον παρεγράψας οὐδεποτε, id est, perfectum enim prius natura est, quam imperfectum. Circulus autem perfectus est. Linea vero recta sive infinita, nullatenus est perfecta. 1. cœl. 2.

## IX.

Perfectissimum igitur hoc corpus simplex est dicitur enim celum, quod ipsum tribus in primis modis dicitur. 1. τῆς τελείας οὐ πατεῖται οὐ δορυφορεῖται, id est, substantia extrema circumvectionis universi, sive ultimum celum.

2. Συνεχεῖς οὐ πατεῖται τελείας οὐ πατεῖται, corpus quoque cum extremo orbe cohærens, uti cætera celi sphærae.

3. Τούτον γέται πατεῖται τῆς τελείας οὐ πατεῖται, id est, universum hoc ipsum, quod cælo ultimo ambitur, & continetur. 1. cœl. 9.

Quia

## 44 EPITOM. LIB. PHYSIC.

Quia πάντων ὄγανον, id est, oculos omnium pulchritudine ad se vocat, & cunctis conspicuus, οὐσίας Gr. dictus. Lat. Cœlum, quod haud dubie exlati argumento dicimus, Plinius ē Varrone. Est enim Isidoro teste, stellis velut vas signatum. Cic. i. de Nat. deor. Deus superum illum mundum signis & luminibus, tanquam ædilis, ornavit.

X.

Nos in præsentia nullam cœli significationem, præteribimus: initio tamen cœlum in prioribus acceptationibus considerabimus.

XI.

Differit autem cœlum à reliquis mundi simplicibus corporibus tripliciter in primis: 1. Tñ dñsionis, id est, dignitate, de qua paulò ante.

2. Tñ φρεσ̄ motu locali, quem cœlum habet circularem, ut diximus. Reliqua verò rectum, secundum rectam lineam à centro vel ad centrum.

3. Tñ nūm̄is, nō nōl̄ s̄cias, nō nōrū mōtōn̄g, nō nōt̄, id est, Mutatione & secundum substantiam & secundum quantitatem & qualitatem. Neque enim, ut reliqua cœlum generatur, vel interit, neq; augetur vel minuitur, nec deniq; alteratur. Motui namq; circulari nullus aliis est contrarius. *Cœli.*

Scalig. l. l. ad Arist. de plant. 91. Quidam negarunt omnino materiam ullam inesse cœlo. Effe enim illam subiectum corruptionis. Cœlum est incorrupibile. Hoc Peripatetici. Theologi quidam nostri materiam idē subjecerunt. Quia cœlū aliquando corruptetur Maximo hi errore. Non sane corruptetur superinducta forma alia naturali. Nō enim habet contrarium: Sed ab opifice Opt. Max. supra extraq; naturæ leges omnes ita solvetur, ut nihil ejus, quod nūnq; est, futurum sit reliquum.

XII.

At, inquis, motus certè circularis ab oriente versus Occiduum alterius ab Occasu in Orientem tendenti est

# ARISTOTELIS.

45

contrarius. Sciendum vero est contrarietatem hanc ipsam non esse καὶ τὸν λόγον; αὐτὸν καὶ τὸν λόγον γερμανικόν, i.e. secundum circulum: sed secundum lineā rectam, qua Ortus & Occasus a se invicem, quasi ex opposito diffant. I. Cœl. I.

XIII.

Potò & alia quædam hic consideranda Cœlum insequuntur accidentia, quorum primum est: ἔτες καὶ φθινοπώντες βασικοί εἰσι, i.e. Cœlum nec gravitatem habet, nec levitatem, id quod ex motu liquet, qui est circularis, non sursum a centro, ut levium, nec descendens ad centrum, ut gravium; sed circa centrum.

I. Cœl. 2.

XIV.

2. Cœlum non est ἄνερον infinitum; sed finitum magnitudine, id quod motus ejusdem attestatur, quem cœlum habet circulare, certaque temporis conversione convertit & absolvit; unde nec Elementa celo finito contenta, nec mundus deniq; ipse infinita esse poterunt. lib. I. Cœl. 5. 6. 7.

XV.

3. Cœlum est unicum; ut etiam totus hac ratione mundus unicus est. Si enim plures essent mundi, terra sanè unus ad terram mundi alterius moveretur, ignisq; unus ad ignem alterius: quippe corpora specie eadem, eundem quoq; Specie habent motus; & sic grave parsū moveretur & contra, quod planè in Physicis esse scimus ἀνον, & ἀδιάτον. I. Cœl. 8.

XVI.

4. Cœlum quoq; & mundus totus est aliud. & aeternus, de quo supra etiam actū est. Bene igitur & recte antiqui dicebant, Cœlum esse ἀβάντην τὸν οὐρανόν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν θηρῶν τῶν οὐρανού τοῦ παντὸς ποντὸς εἶναι τέρας αὐτοῦ: αὐτὰρ μάλα πολὺ τοῦτον τὸν οὐρανόν πέρισσος, i.e. immortale quid & divinū; quod motum quidē habeat; talem autem, ut nullus ipsius finis sit. Ille autem alidrum maximē sit finis. I. Cœl. 9. 8. phys. 7. 2. Cœl. 1.

L I B R E R II.

XVII.

5. Cœlum est ἀνον absq; omni labore & desati-

gatione movetur. Nulla eterenim vi in contrarium, renitente à suo motu retardatur. 2. Cœl. i. Unde Cœlum & Æther: non, ut aliqui volunt, ~~magis~~ <sup>admodum</sup> ab ardore: & quia igne constat secundum stoicos: sed ~~magis~~ <sup>admodum</sup> a vi. Quia perpetuò moveatur & currat. Scalig. l. i. de plant. p. 157. Cœlum semper moveatur, ut perficiatur.

## XVII.

6. Cœlum triplicem positionis differentiam in se agnoscit, ut superum & inferum, antea retro, detrum, sinistrum. ταῦτα γὰρ τὰς Διαγένεσις ἀπόχει τοῖς οὐρανοῖς πλείους πάντας. Hacce enim dimensiones omnes perfectis convenire corporibus rationi maximè est consentaneum. 2. Cœl. 2.

## XIX.

Cumque superum & inferum dicatur secundum id, quod est principium longitudinis, polique duo coelestes (arcticus & antarcticus) sint longitudinis cœli principium: alter horum semper nobis palam apprens, arcticus videlicet inferior est; alter vero huic oppositus nobisque occultatus, Antarcticus nimirum est superior. Dextra enim cœli pars ortus est, a quo incipit motus. Occulus vero pars cœli est sinistra, ex quo ipso antica & postlica cœli pars clare elucet. Quæ namque est inter sinistram & dextram, ab Oriente in Occidentem anterior est: quæ vero huic adversa inter eundem Orientem & Occidentem versatur, pars est posterior. 2. Cœl. 2. Scalig. l. 2. de plant. ad Arist. p. 406.

## XX.

7. Cœlum <sup>τὸ</sup> τὸ ιγκυκλιον σῆμα, οὐ φύση κατέται νύκλη αἱ, id est, Cœlum habet corpus sphæricum, quo naturaliter semper motu circulari movetur. Circularis autem ille motus toti cœlo non est uniformis, idque propterea ut rerum sit vicissitudo sublu-

sublunarium, perpetuaque generatio & corruptio.  
2. cœl. 3. l. 2. de ort. & intert. c. 10. & II.

## XXL

Per rotundam autem suam figuram aliquamque Elementis, quæ ipsum cœlum ambit & complectitur, rotunditatem largitur. 2. cœl. 4. Scalig. l. 2. de Plant. p. 453. Ignis figura non est pyramidis; sed globi: si quæ tamen debetur illi, non propter se: sed propter universum. Neque enim ejus propria est: sed cum ceteris Elementis omnibus communis propter locum, non propter formam suam; neque propter finem. Nam quod ignis, hic nostras Pyramides imitetur, ejusce rei causa est motus. Siquidem tenuiores partes celestes descendunt: graviores ab imo susse reflitant: mediocres antecedunt hanc, illas subsequuntur.

## XXII.

Movetur cœlum mundi extremum semper ab oriente in Occasum, cuius quidem rei rationem redere difficile est & valde obscurum: commode tamen ea videtur posse assignari, quod natura semper id, quod necessarium est & simul optimum se qui intendat. A dextra igitur cœlum moveri melius certè est ac nobilius: Etsq; motus hujus & qualis semper celeritas, summaq; & exquisita regularitas, ut non tantum ratione: sed ipsa sensuali experientia constat manifestissimè. 2. cœl. 5. & 6.

## XXIII.

Ex his venari possumus cœli hanc descriptiōnem. οὐ γένεται ἀπό τοῦ πεντεγράφου, Σεισταὶ τοῦ πεντεγράφου τῶν παιδῶν, ὡρίων καὶ εἰδῶν, ἐγκυκλίων τε, οὐδὲν καὶ ταῖς κύκλῳσι οὐκαλῶς. Cœlum est corpus simplicissimum; finitum aliis omnibus divinius atque prius, ingenerabile, & aeternum, figuram habens rotundam, quod naturaliter sphætice sem-

48 EPITOM. LIB. PHYSIC.

per æquali velocitate & regularitate circummove-  
tur. 2. cœl. 6. de natura cœli mira vide Scaliger. l.  
ibid. p. 91. & 92.

XXIV.

Partes cœli sunt stellæ, quarum naturam, mo-  
tum, figuramq; & situm merito hic quoq; confides-  
caverimus: Naturam quod attinet stellarum, hac  
fanè eadem est, cum ipso stellarum cœlo, cùm sub-  
stantia earundem densior tantum sit, magisque  
compacta, & ob id lucida. 2. cœl. 7. Scaliger. Exer. l.  
1. p. 1. Prisci stellam in cœlo, velut in tabula no-  
dum putabant falso. Sidus enim est cœlum suum  
densum: & cœlum est sidus suum rarum. Quippe  
ex partium situ propinquiore tollitur pelluciditas;

XXV.

Motus stellarum tantum inesse apparet, revera au-  
tem non inest ullus ipsis motus; sed earum potius  
orbibus, à quibus ipsa stellarum corpora circum-  
vehuntur & feruntur. Quod si enim moverentur  
ipsæ stellæ, tunc in locum stellæ per modum rece-  
dentis aliud succederet corpus, unde modo cœli  
condensatio causaretur; modo amplior dilatatio,  
aut nihil succederet, & sic relinqueretur vacuum;  
quod utrumque est absurdum. 2. cœl. 8.

XXVI.

Orbes igitur cœlestes moventur, motuq; suo in-  
fixa sibi stellarum corpora circumrapiunt, idq; sine  
omni concentu corporum cœlestium, qualem va-  
no quodam commento Pythagoras effinxerat. Si-  
ne omni enim corporum obviatione, ea ipsa cir-  
cumducuntur. 2. cœl. 9.

Scaliger. l. 1. ad Attitot. de plant. p. 90. De mo-  
tu quid dicam? Fabricati sunt nuper compedes  
Soli. Quin ei addita sarcina, qua in citeriore  
regionem sui cœli ejus corpus detraxerint. Nec  
desunt,

desunt, qui minentur, extra totum Zodiacum  
Planetarum omnium futuram divagationem  
illam. Proinde minoris Ursæ postremum sidus ap-  
plicaturum sese Verticis punc̄to, à quo nunc abest  
aliquot partibus. Ergo nihil osciūs ~~ad~~ erunt  
illæ quoque stellæ, quas fixas & ~~et~~ vocat  
Aristoteles; præsertim cùm sit nullum sidus, quod  
non alicui cœlesti globo non sit fixum.

## XXVII.

Figura omnium stellarum rotunda planè est, id  
quod in Luna clarissimè ad oculum apparet, si in  
incremento sui luminis ac decremente observe-  
tur. Idemq; de Luna eadem & de Sole quoque ipso  
ex Eclipsibus liquidò deprehenditur. Quod autem  
de uno stellarum corpore est certum, idem temere  
de aliis non est negandum, neq; ab ipsis præstan-  
tissimis corporibus figura præstantissima sphærica  
videlicet removenda. 2. cœl. 11.

## XXVIII.

Situm stellæ suum, ut ex præmissis patet, habent  
in sphæris sive orbibus; & fixæ quidem omnes in  
unico tantum, nempe octavo orbe, cui alii septem  
subjiciuntur singulis septem planetis singulariter  
& seorsim convenientes atq; appropriati. Omnes  
autem hæ sphæræ cœlestes primo cœlo subjectæ  
diversum ab hoc ipso motum habent, nempe ab  
Occasu versus Orientem, quem eō velociorem  
sphæræ cœlestes obtinent, quod sunt a primo mobi-  
li remotiores: & contra eō tardiorem, quod eidem  
sunt viciniiores. 2. Cœl. 10.

## XXIX.

Hactenus de cœlesti sphæra, cuius medium pun-  
ctum & veluti centrum est terra, quæ in mundi me-  
dio

30 EPITOM. LIB. PHYSIC.

dio est sita, immobilisque planè est loco, & figuram habet rotundam; non tamen sola; sed cum Elemento aquæ conjuncta unum globum constituit. 2. Cœl. 3. 14. Plinius 2. lib. 64. Scalig. 1. 1. de plant. ad Arist. 101.

LIBER III.

XXX.

De cœlo, corpore simplicissimo, æterno & immobili modo egimus: Restat cetera dehinc simplicia mundi corpora, quæ Elementa dicuntur; contemplimur, & hæc sane secundum totum quidem æterna esse ponimus: mutabilitia tamen esse & caduca secundum partes omnino protestamur. 1. Cœl. 3. 2. Cœl. 11. 3. Cœl. 1. 1. Cœl. 3. 2. Cœl. 3. 2. Gen. 4. 3. Cœl. 6.

XXXI.

Esse igitur Elementa & sensu constat, & ratione probari potest; sensu quidem, ut cum verbi gratia Caro & alia ejusmodi composita per resolutionem sui ipsius in terram, aquam, aërem ignemque transiunt. Quædam enim pars in pulvorem abit terrum: quædam in humorem aqueum: alia in vaporem aereum: alia denique in spiritum igneum. Ratio etiam ipsa à motu simplicis diversitate alia corpora simplicia, nempe Elementa, in natura esse, liquido ostendit. Cum enim unus corporis simplicis, unus sit motus simplex, & is quidem præter circularem sit rectus etiam, simplicia quoque necesse est esse corpora, quibus idem rectus simpliciter ac naturaliter insit & convenient. 3. Cœl. 3. Hippocr. in l. de Natur. hum.

XXXII.

Definitur autem Elementa hoc modo: *εἰς τὸν τέχνην τῶν οὐρανῶν, εἰς τὸ τὰ ἔνδα σφράγειον διαρρέεται οὐντάρεις θεάμψις, η̄ κατεργίας, αὐτὸς δὲ εἰς αὐτὰ οὐρανοὶ εἰσεπειθεῖ*

## ARISTOTELIS.

51

Elementum corporum est corpus complex, in quod cætera corpora, in quibus potestate aut actu inest, dividuntur. Ipsum autem in ea, quæ specie differunt, dividi non potest. 3. Cœl. 5. 4. Metaphys. 3.

## LIBER IV.

### XXXII.

Numerus Elementorum ex distinctione τῆς φορᾶς, sive motus localis recti elicetur, quæ ipsa ex diversitate qualitatum motricium oritur.

### XXXIV.

Sunt autem qualitates illæ Elementorum motrices, gravitas, levitas, unde sunt ἡ βαρεύσις καὶ οὐφορία, id est, grave & leve; & hæc quidem vel ἀπλοῖς, id est, simpliciter talia sunt; vel κατὰ σύγκετου πρᾶγμα secundum comparationem, respectu extremitatum: βαρεύσις ἀπλοῖς τὸ πάντα φέρει πρᾶγμα, καὶ αἱ μόνη πρᾶγματα φέρεται μὴ καλυπόμενα, id est, Absolute grave est id, quod omnibus ejusdem generis subjacet, & semper deorsum tendit, ac naturaliter fertur, si non impeditur: οὐφορία ἀπλοῖς τὸ πάντα οὐ πρᾶγμα καὶ πρᾶγμα φέρεται μὴ καλυπόμενα, id est, simpliciter leve est id, quod supra omnia ejusdem generis eminet, & semper sursum tendit, ac naturaliter, si non sit impeditum. 4. Cœl. 1. 2. 4. Cœl. 4.

### XXXV.

Gravia verò & levia, in comparatione respectu extremitatum sic dicta illa sunt, quæ aliquam in se & gravitatem & levitatem mixtam obtinent, ideoque medio quasi motu aliis naturaliter substant, aliisque eminent. ibid.

### XXXVI.

Porrò materiam quoq; hic attendendam, & considerandam videmus, quam duplicem esse primam videlicet & secundam, ex generali consuetudine.

d 3

Primum



52 EPITOM. LIB. PHYSIC.

Primam igitur materiam Elementa planè habent unam atque eandem, ~~ut~~ <sup>et</sup> subiecto : diversam verò ~~et~~ ratione. 4. cœl. 5.

XXXII.

Secundam autem & particularem materiam Elementa aliam habent. Leve enim simpliciter ~~est~~ id est, qualitatibus sibi & suæ naturæ convenienter accommodatam habet materiam, nempe calore & siccitate excellentem : Grave simpliciter contrariam, ut contrarium, habet materiam, frigore videlicet præditam. Intermedia verò pro ut ipsa inter extrema versantur ; sic talē quoq; materiam quasi medianam eadem habent. 4. cœl. 5.

XXXVIII.

Exinde patet numerus Elementorum quaternarius: quorum unum omnibus eminet ceteris, cum sit summè & simpliciter leve, Ignis nimirum ; alterum omnibus subjet; cùm sit summè & simpliciter gravè, ut Terra ; inter hæc i: sa duo adhuc sunt intermedia, alterum proximè elemento levissimo succedens, videlicet aët ; alterum proximè abhinc gravissimo elemento assistens, nimirū aqua. 4. cœl. 5.

XXXIX.

Atque hæc quidem intermedia comparatione ad extrema gravia sunt & levia, secundum philosophum, ita tamen, ut magis ea gravia esse sciamus, quam levia, duplii nimirum respectu. 1. Ratione loci proprii, cuius sane respectu semper potiorem habent gravitatem. 2. Ratione successionis. Substat enim corporibus adhac inferioribus eadem hisce naturaliter succedunt, inferioribus in quam sibi non autem superioribus, nisi violenter. 4. cœl. 5.

XL.

Causa igitur motus Elementorum non est figura ipsa elementorum, quippe quæ in corporibus non facit, ut ipsa corpora moveantur ; sed tantum,

ut

ut celerius, tardiusve moveantur: sic figuræ certæ ratione ferrum latum aquæ innatæ, rotundum vel longum submergitur: Eodem modo per & propter majorem corporis resistentiam, quam ipsius mobilis vim ac virtutem, pulverulenta corpuscula in aëre volitant & aquæ innatant. Quia invalida hæc sunt, nec eam habent in se vim ac virtutem, ut aërem, vel aquam dividere valeant. 4. Cœl. 6.

## XL I.

Causa vero ipsa, cur alia sursum, alia vero deorsum naturaliter ferantur, est 1. gravitas, & levitas, corporibus naturalibus ingenita: 2. loci naturalis aptitudo & inclinatio. At locum enim suum, unaquæque res naturalis naturaliter tendit, tanquam ad suam formam & sui perfectionem. Terminus autem levium est locus superior, gravium, locus extremè inferior: Intermediorum vero intermedius est ratio loci terminus. η 3 εμπειροφύγειαν τὸ ὄργανον id est, simile fertur semper ad suum simile, 4. Cœl. 3.

## QUÆRITUR.

## I.

An cœlum agat in hæc inferiora? A.

## II.

An cœlum tantum per motum & lucem agat, an etiam per influentias? Aff.

## III.

Utrum cœlestium corporum virtute animalia progigni possint? Aff.

## IV.

An cœlestium sphærarum dignitas ex situ etiam superiori peti possit? Aff.

## V.

An lux omnium stellarum ejusdem sit speciei? A.

d 4

A.

§4. EPITOM. LIB. PHYSIC.

VI.

An Astrorum lumen sit proprium an alienum,  
& à sole, nec ne? Resp. per distinct. partim quod  
sit, partim quod non. Scaliger. in l. Hipp. de In-  
somnia. Quo vultu negant, stellas suo lucere quam-  
que lumine? Ajunt coim eas id ab sole mutari;  
cùm tamen ubique lampyridum generi lumen  
extra solem cogantur agnoscere attributam. At ve-  
rè si ab sole lucent sidera atque éadem non nisi lu-  
mine agunt; Ergò solus Sol agit. Omnia igitur  
unum erunt. Ab uno enim principio proficien-  
tur. Unius enim lux, ab una luce actio. Postremò.  
Qis fidus nunquam conspicitur dimidiatum, velu-  
tu Lunæ corpus. Quare abesse luet.

VII.

An elementorum sit inter se decupla propertio,  
Ita ut superius quodque decuplo majus sit, quam-  
sibi subjectum inferius? N.

VIII.

Quodam Elementum sit omnium dignissi-  
mum. Resp. Ignis.

IX.

An ignis sit in summo gradu calidus: aer in sum-  
mo humidus, aqua in summo frigida, terra in sum-  
mo siccà? Aff.

DE GENERATIONE  
& Corruptione.

CONTINUATIO.

Postquam cum Philosopho præcedentii dispu-  
tatione de simplicibus corporibꝫ naturalibꝫ &  
quidem ingenerabilibꝫ atqꝫ incorruptibilibꝫ egi-  
mus;

## ARISTOTELIS.

55

mus; sequitur ut eodem quidem duce, de ceteris agamus corporibus generabilibus ac corruptibilibus. Pro exactiore igitur & convenientiore ipsorum explicatione initio de generatione & corruptione, huius causa & modo agendum putamus.

## I.

Dicturi & docturi ~~τοις φύσεως καὶ φύσεως~~, id est, de generatione & corruptione corporum naturalium, harum receptivorum, initio statim duplē monēmus esse generationem & corruptionem. Vel enim ~~ταῦτα~~ simpliciter; vel ~~κατὰ τινας~~ id est, secundum quid generatio & corruptio: ~~ταῦτα~~, cūm ipsa substantia per se generatur vel corrumptitur ~~ταῦτα~~, cūm saltem secundum accidens aliquod, substantia aliqua naturalis immutatur, aut ~~ταῦτα~~ ~~ταῦτα~~ secundum augmentationem vel diminutionem; aut ~~ταῦτα~~ ~~ταῦτα~~ secundum alterationem, aut ~~ταῦτα~~ ~~φέρεται~~ secundum motum localem. 1. generat. & corrupt. 1. 2. phys. 1. 5. phys. 3. 7. phys. 3. 8. phys. 10. Scaliger. 1. 2. ad Aristot. de plant. 392. Esti ~~ταῦτα~~ substantia est; tamen ~~ταῦτα~~ est qualitatis. Substantia vero ~~μεταβολὴ~~. ~~ταῦτα~~ autem rectius de substantia. Hoc enim est ~~ταῦτα~~. Επερόμησε τρίγωνis in qualitate. Ετερός γδὲ Σωκράτης οὐ γένεται τοις παιδίοις: ~~ταῦτα~~ εἰπει ~~ταῦτα~~.

## II.

Simplicem generationem veteres philosophi minus eruditè & rectè explicarunt. Alii enim sine causæ assignatione eam esse saltem dixerunt; alii, ut Democritus & Leucippus, causas quidem afferre conati sunt: at simplicem tamen generationem non attigerunt; sed de congregatiōne & segregatiōne per figurās egerunt. Plato denique tantum quid sit generatio; non autem, an sit, docuit, & quidem non de omni, sed de Elementorum tan-

d 5

tūm



36 EPITOM. LIB. PHYSIC.

tum generatione quædam tradidit, nec de alteratione atq; augmentatione generationem sapè antecedentibus quicquam mouuit. I. gen. 2.

III.

Nos igitur simplicem esse generationem, cum in Elementis tum in mixtis quoque corporibus, & quidem perpetuam omnino statuimus. Primo quidem ratione efficientis universalis, sive motus coelestis. 2 ratione materiæ primæ, quæ minus confirmata successivè per se & in se aliam semper atq; aliam formam recipere potest, facitq; τὴν τέλος φύσεαν ἔκκλησιν εἶναι, τὸ τέλος φύσις ἔκκλησιν φύσεαν, id est, Corruptionem unius esse alterius generationem, & viceversa: unde profecto ἀπό τοῦ αὐτοῦ εἴναι τὴν μεταβολὴν, id est, necesse est, mutationem esse perpetuam. I. generat. & corrupt. 2.

Scaliger. I. 2. ad Theophr. de caus. plant. 21. Quasi verò non omnis mutatio sit corruptio: & omnis corruptio mutatio. Nam tametsi mutatio in melius non videatur vulgo corruptio: est tamen. Corrumptitur enim, quod erat, nec amplius est. sic etiam corrumptitur privatio, habitu superinducto.

IV.

Est autem ἡ φύσις μεταβολὴ εἰς τὸ μή εἶναι, i.e. generatio est mutatio ex eo, quod non est, in Ens, aliquod. Et contraria φύση μεταβολὴ εἰς τὸ εἶναι. corruptio est transmutatio ex aliquo Ente in non Ens. Dico δὲ μή εἶναι, id est non ens καὶ σίγουρο, secundum privationem. Generatur enim Ens ex non Ente actu tili; sed potestate tantum, licet ex Ente actu alio, id est, generatur aliquid, quod est quidem aliquid actu aliud; sed non est id, ad quod fit generatio ipso actu; verum τῷ δικαιοῦ tantum: verbi gratia planta ex semine generatur, quod actu non est planta, sed potentia. Actu enim ipso est semen,

men, atque ita simpliciter  $\mu\nu\delta\eta$ , sed respectu plantæ  
et animalium secundum potentiam, i. de generat. 3.

Scalig. l. 2. ad Theophr. c. 3. Generatio nihil  
est aliud, quam novæ substantiæ produc[t]io. Tunc  
enim arbor generatur, cum semen generatur. Quia  
semen est idem & unum cum arbore; quam ex  
ipso creatur, quasi potentia & actus.

At idem l. 1. ad Aristot. c. 5. de hist. anim. t. 3. 6.  
Ovum si ad gallinam compares, nihil aliud,  
quam opus quoddam videtur. Si ad pullum, qui  
ex eo fit, ejus finem notas. Itaque & à materia &  
fine, & à forma perfectam dedit definitionem.  
Quia animalis formam gerit in potentia. Ideo  
dixit *χαρακτηριστικής*. Quia ovum pulli materia est. Quare  
ovum non corruptitur; sed perficitur. Deinde  
enim esse, quod nunc est, atque ita corruptitur:  
sed perficitur & fit, propter quod hoc est, quod fu-  
turum est; & ita non corruptitur.

## V.

Reliquæ mutationes in primis toto genere à ge-  
neratione & corruptione differunt. Alteratio enim  
in qualitate est, differtque præterea in duobus à  
generatione: 1. Subjectum alterationis sensibile  
est & permanet idem; generationis verò non per-  
manet idem subjectum sensibile: 2. in alteracione  
non mutatur ipsa substantia, nec pars ulla substan-  
tiæ; sed qualitates tantum; in generatione verò  
res tota immutatur & substantia nova educitur.  
l. de gener. & corrupt. c. 4.

## VI.

*"Avēnīs verō, quæ est in idoneis & cūnādēxerit p[ro]p[ri]etatis, i.e. In sua magnitudinis accessio & in eiusdem sive  
diminutio, quæ est p[er]iētis & cūnādēxerit p[ro]p[ri]etatis, p[er]iētis de-  
cessio in sua magnitudinis, est in quantitatum ge-  
nere, & quicquid augetur atq[ue] auget, necesse est, es-  
se cor-*

38 EPITOM. LIB. PHYSIC.

se corpus quantum. 1. generat. & corrupte. 5. Scaliger l. i. ad Theophr. c. 6. In omni augmento est generatio. Neque solum quantitas additur, ut in Mathematicis: sed & substantia. Quid inter sit inter augmentum & incrementum subtiliter habebis apud eundem l. i. ad Aristot. de plant. p. 28. Item an omne crescens vivat? & ἀνάπολιν, omne vivens crescat? Qui sapit iste, qui Lac geris, eu-  
ge! legat!

VII.

His explicatis ad *Missionem* progradimur, quæ ipsa cum per actionem & passionem fiat. Omnis autem actio & passio per contactum, de hisce sane, ut prioribus, agendum prius videtur. 1. generat. 6.  
~~τοῦ τετραγωνίου οὐσίας;~~ 1. Ηὔφη; 2. Η μήχε; 3. Η ποίησις;

VIII.

Contactus igitur gr. τῆς συναφῆς, vox & equivoca est ita quidem, ut triplex, in primis significatione dicatur contactus. 1. Mathematicè, qui idem significat, quod ~~τοῦ τετραγωνίου~~ contiguum esse. 2. Physicè; sed figuratè, qui operationis esse dicitur & virtutis contactus, quando tangens non tangitur mutuo, ut in corporibus coelestibus in hac inferiora operantibus. 3. Physicè & propriè, ut hoc in primis loco, qui ut ~~τοῦ τετραγωνίου~~ continuum esse accipitur, quando corpora separata simul *extrema*, habent sua, & in se mutuo agunt & patiuntur. 1. generat. & corrupt. c. 6.

IX.

Talis autem mutua actio & passio est in agentiis ac patientibus, tum inter se similibus, ratione videlicet generis, tum diversis, ratione nimisrum speciei. Contraria enim sunt agentia & patientia, & propriae à eidem generi subiecta. Dicitur enim

τό

## ARISTOTELIS.

59

Νόμον μεταβολὴ εἰς τὸ πάχος, id est, agere est assimilatio in patiens, & τὸ πάχην μεταβολὴ εἰς τὸ ποιῆσιν, i.e. patiens est transmutatio in agens. 1. gen. 7.

X.

Modum autem actionis & passionis varie veteres tradiderunt; verissimus tamen & genuinus ex hisce patet hypotheticis conditionibus: 1. Quale est agens in actu; tale quoque patiens in potentia esse deberet. 2. Oportet totum patiens potestate esse aptum ad patientem. 3. Agens & patiens separata quidem esse debent, ac specie diversa; aliquo tamen modo sese contingere, sive contactū immediate sive mediate. 1. gen. 8. 1. gen. 9.

Scalig. 1. 4. ad Theophr. de caus. plant. c. 14. Quamquam est eadem causarum vis: non tamen est idem modus receptionis. Actiones enim non præstant pro agentis: sed pro patientis ratione. Itaque per se quidem communem putredinis affectionem, proprius ut sit, efficit subjecti habilitas aut aptitudo. Allusit, simò perspexit Galeni mentem I. 1. de diff. febr. c. 4. Oportet hoc in toto sermone meminisse, quod nulla causarum sine patientis aptitudine agere queat. Ubi hoc monendum de meo, in toto Galeno Contagii vocis non fieri mentionem, nisi in citato, ubi agit de peste Athenensi Thucydidi descripta.

XI.

Hæc de Actione & Passione: Sequitur ἡ μίξις, id est, Mistio, quæ est τὸν πυρτὸν ἀδοιάζειν, unio miscibilium & jam alteratorum. 1. gener. & corrupt. 10. Scalig. 1. de plant. ad Aristot. p. 141. Mistio est motus rerum separatarum unibulum per contactum minimorum naturalium inter se.

XII.

Fit igitur mistio in iis, quæ in sese agere, & vicim pati a se invicem possunt; & talia omnia materia

tiam



60 EPITOM. LIB. PHYSIC.

riam quidem habent eandem; formam verò diversam. Maximè autem certa & justa harum inter se proportio ac quantitas requiritur, ne alterum nimis excedat & superet alterum. Id enim hoc ipsum in suam ipsius naturam alias planè convertere: Suntq; in primis facile miscibilia eis quæ sunt solidæ in minores partes facile dividì possunt, uti sunt humida. 1. de gen. & corrupt. c. 10.

XIII.

Hæc plex modò explicatae affectiones primò omnium elementis & per hæc deinde altis etiam insunt corporibus. 2. de gen. & corrupt. c. 1.

XIV.

Elementorum principia sunt materia prima, quam philosophus hic ὡρη διώρησεν, id est, corpus potentia sensibile nuncupat, & qualitates primæ alteratrices quæ ipse formæ nobis ignotæ videntur hic gerunt. 2. de gen. & corrupt. 3.

XV.

Primarum autem qualitatum duæ quidem dicuntur ποντικαὶ, id est, activæ, nempe caliditas & frigiditas: reliquæ duæ ναῦπικαὶ, scilicet siccitas & humiditas: & tales quidem non simpliciter dicuntur esse; sed in respectu, cum ad qualitates secundas, quæ ex hisce proveniant; ut levitas, asperitas, rūm ad mitterionem, 2. de gen. & corrupt. 2.

XVI.

Toū Ἰρενίου προγράψαν, id est, Calidum est, quod per se congregat ea, quæ ejusdem sunt generis & per accidens segregat, ea, quæ alienantur & dilinendia. 2. de gen. & corrupt. 2. e.g. In scoriosis aurum, argenti, stannii, etiam quibus pulvis fordesvē aut lunt admixta, si igne liquefiant, aurum congregatum in fundo putum-putum subhidet aut stannum: reliqua verò ut nanci & mihili suffici-

periora petunt abacta, exacta, aut consumpta.

XVII.

χρυσέον σωματικόν συγχειτον οὐδέλας η τὸ τὰ οὐρανοῦ  
τὰ μὲν οὐρανοῖς, id est, Frigidum est, quod cogit &  
congregat cùm ea, quæ ejusdem sunt generis, tum  
ea, quæ diversi, ibid. Exemplum à contrario  
elemento. Frigus ingens constringit & compingit  
varias materias aquæ aut innatantes, aut alibi in-  
hærentes.

XVIII.

3. Υπερ τὸ ἀδειστὸν οἰκεῖα ὅρος, διότιστον ἐν. Humidum est, quod suo ipsius termino contineri non potest; facile autem termino continetur alieno. Ibid. Sic vinum in poculo facile continetur: immensam effusum vinum diffusit. Eadem ratio in eluvione fluviorum ē propriis alveis egressorum. De Mercurio seu argento vivo cogitent Chymici, qui alias nihil nisi cogitationes habent, quibus se alunt, non modō de hoc Physico hoc: sed & cur dicatur vivum argētūm? An mobibilitatem & fugacitatem? an ut ipsi partim somniant, partim tamen, sed pauci præstant, argentum inde redi- vivum fieri queat? Græcis est *ιδηπάγεγνε*. Diosc. l. 5. c. 102. & l. 6. c. 29. Ideo miror cur vivum, non aquatum Latinis? Vide, his, Scaliger. Exerc. 105. f. 1. & 2. Hoc discipuli, id est, Hartungi est quæstum. De quæsto ad præsentem thesin latis factum est Scalig. ibidem. f. 2. p. 401.

XIX.

5. Enēor 3 rō dīcēsor id p̄ oīcīa īḡ: dīrācīsor 3, id  
est, siccum est, quod facile suō; difficulter autem  
termino alieno terminatur.

## XX.

Hæ igitur qualitates primæ sunt formæ nobis vicem in ipsis elementis tenentes. Quarum quidem quot invicem sunt combinationes; tot numero quoque elementa esse oportet, videlicet quatuor. Calidum enim cum sicco ignem constituit; calidum cum humido aërem; frigidum cum humido aquam; frigidum cum sicco terram. Simpliciter autem contraria; ut calidum cum frigido, humidum cum sicco, nullas inter se combinacionem agnoscunt. 2. gener. & corrupt. c. 3.

## XXI.

Quæ igitur elementa sunt σύνθετα, id est, una inter se qualitate primâ convenient, η παράκαυσις, id est, ea faciliorē invicem transmutationem habent. Quæ verò minus; ea tardiorem ac difficiiliorem; η παράκαυσις, η πολλὰ μεταβάσεα, id est, Quia videlicet facilis longè est unum, quam multa transmutare. 2. gen. & corrupt. 4.

## XXII.

Hæc ipsa verò transmutatio non generatio est: sed quedam alteratio. Ex quo sane patet, unum elementum alterius in hac ratione principium videri accenseri nullo modo posse ac debere. 2. gener. & corrupt. 5.

## XXIII.

Neque verò Empedoclis opinionem probamus, qui irtote Elementorum transmutationem plane negabat; scientes potius, non ipsa integra elementa misericordia corporum simpliciter esse materiam; sed communem potius horum omnium inter se invicem ηγένη, seu temperamentum, quale actus ipsorum confusi & obtusi, exuperantiis quidem oppressis, quasi quoddam omnium medium constituant. 2. gener. & corrupt. c. 6. & 7.

Omnia

## ARISTOTELIS.

63

### XXIV.

Omnia autem quatuor elementa omnibus mis-  
tis inesse corporibus manifestè liquet, cùm ex cor-  
porum constitutione, tūm eotundem resolutione.  
Sācē omnia in cinerem sive pulvorem terricūm re-  
solvuntur. Quæ autem ex terra debent constitui,  
requirunt pro conglutinatione & terræ cohären-  
tiā aquām. Hæc jam pro missi constitutione neces-  
se est alterari. Alteratio autem fit à contrariis: Er-  
gò necessere est, reliqua quoque jam accedere duo  
elementa, aërem, qui summam terræ siccitatem, &  
ignem, qui summam aquæ frigiditatem infringat.  
*z. de gen. & corrupt. c. 8.*

### XXV.

Restat causam etiam generationis & corruptio-  
nis perpetuæ efficientem universalem inquirā-  
mus. Quæ nec est forma, ut Plato; nec materia,  
ut alii voluerunt; nec qualitates primæ efficacio-  
res caliditas, & frigiditas, uti Parmenidis habet  
opinio; sed universalis ille cœli motus sphæricus  
sive circularis. ολαγώγετον γάρ τὸν τοῦ μηνὸν ἡγιεῖσας  
ἄνω ἐνει, id est, Rationi enim maximè consentan-  
teum est, id, quod est, causam esse generationis  
alterius; quod non est, sed fieri jam debet. *z. de*  
*gen. & corrupt. c. 10. & 11.*

### XXVI.

Ipsæ autem cœli motus duplex est. Primus primo  
tantum mobili proprius, ab Oriu sit in Occasum  
& quidem semper uniformis, sibiique quam simili-  
mus: alter vero cœteris cœli sphæris proprius, ab  
Occasu sit in Oriu, qui varius est & plane in sua  
conversione difformis. Ab illo igitur primo cœle-  
stium sphærium motu, qui uniformiter semper per-  
severat, incessabilis est, & perpetua rerum subiu-  
natiū generatio. A secundo autem vario scilicet

e

& dif-



62. EPITOM. LIB. PHYSIC.

& difformi, varietas generationis atque corrupti-  
onis praevenit. 2. de gen. & corrupt. II.

XXVII.

Quia enim motu illo astra cœlestia , & Inprimis  
Söl in Zodiaco, qui, ut loquitur Philosophus, λόξος  
ἀνελογικός obliquus est circulus, sola fixione constitu-  
tus, modò prope nostrum pùnctum verticale fer-  
tur; modò ab eodem remotus distat: sanè hac sui  
āp̄sius cùm accessione; tūm recessione modò gene-  
rat, modò corrumpit. Idem de cæteris quoque cœ-  
lestibus corporib⁹ & vario horum motu sentien-  
dum, ibid.

XXVIII.

Fiunt autem hæc omnia hoc, ut diximus, mo-  
do; ex eo in primis naturæ insituto, ut res omnes  
naturales, cùm in fixa unius & ejusdem individui  
permanentia non possint, saltem in continua suc-  
cessione plurium ejusdem speciei individuorum,  
æterna conserventur: ita ut generationis natura-  
lis causa finalis nulla sit alia, quam specierum con-  
servatio, ibid.

Scalig. l. i. ad Theophr. de caus. pl. 5. Rerum  
Naturalium principia statuit Philosophus suprà.  
Materiam, formam, efficientem, finem. Hæc enim  
principia sunt, ut sint. Privatio est principium, ut  
fiant. Non facit esse: sed facit, ut esse possint. Sunt  
etiam principia conservationis; quorum Locus  
tenet principatum. Est & tempus. Nam si non,  
moverentur cœli (attendite hic hoc) corrumpen-  
tentur omnia; licet tempus per se nihil agat: sed  
qualitates agunt ipsæ; quæ non à tempore indu-  
cuntur: sed à potentissimis cœlestibus. Plebis est op-  
nari tempus asserre frigus, aut calorem, tantò mi-  
nus mortem.

Quæ-

## I.

**A**N in composito corpore substantiali plures sint formæ, quam una? A. Sed cum distinctione. Respondit Scaliger l. i ad Arist. de plant. 40. Anima simplex, multiplex, multipliciter. 1. Simplex substantia: 2. multiplex potestate. 3. Multipliciter objectorum cognitione: unde elicuntur actiones.

## II.

An Elementa maneat planè formaliter in mixto? nec ne? A. per distinctionem.

## III.

An elementa maneat in mixto secundum suas qualitates & virtutes? nec ne? Resp. ut ante.

## IV.

An qualitates contrariae possint esse in uno & eodem subjecto, gradibus remissis? A.

## V.

An duæ qualitates tantum sint activæ? & duæ tantum passivæ? ita ut haec activæ, illæ passivæ numquam esse possint? nec ne? N.

## VI.

An motus mixti, qui sit secundum prævalens elementum, sit simplex, an mixtus? Resp. quod simplex.

## DE METEORIS.

## CONTINUATIO:

**G**enerali doctrina de corporum naturalium generatione & corruptione, eorundemque mutatione

stione in precedenti egimus exercitatione; sequitur  
mistorum corporum Physica explicatio, que ipsa  
duplicia sunt: alia scilicet perfectè mista; alia im-  
perfectè. Quia verò imperfectorum doctrina facilior  
est & paucioribus absolvitur, quam perfectorum;  
de his ipsis initium hujus doctrina sumendum, mé-  
thodus Aristotelica ostendit.

## I.

Imperfectè mista, Græcis dicuntur *μεταίωση* vel  
à sublimi, non omnium quidem; sed principia-  
lium tamen à terra sublevatione; vel etiam à du-  
bia eorundem cognitione, qua animi physicorum  
q. suspensi reddantur. τά μόνα, inquit Aristoteles,  
δομένα: τά δε ἐφαπτόμενα πνεύμα, i.e. de quibus  
dam adhuc dubitamus; quorundam verò modū ac-  
rationem attingimus, vel denique à vulgi stupida  
admiratione. I. Metaph. I.

Scaliger. I. 2. ad Theophr. de caus. plant. c. 5.  
Non quærendas causas. Quasi natura sic voluerit.  
Non quærendas. Quia sibi abdiderit natura; ne-  
que concederit. Hoc est asylum Philosophorum.  
Ibi suum habent trapezitam, cujus ephemeras fix-  
ationes solvit ex illo collybo: Nescio.

## II.

Ipsa autem meteora duplicità in primis esse de-  
prehenduntur; alia scil. *καρδιῶν*, quæ secun-  
dum primas qualitates activas commista, substanti-  
alia sunt, & reverā existunt, ut ignis satius, nu-  
bes, pluvia: alia *εφαπτόμενα*, quæ per illuminatio-  
nis tantum diversitatem apparentes quædam speci-  
es sunt, non reverā per se existunt, ut Halo, vir-  
gæ, parelia. I. Meteor. I. & 3. & 5.

## III.

Quia verò scire est iem per causam cognoscere,  
I. post,

## ARISTOTELIS.

57

I. Post Analyt. 2. pro facilitiore meteororum doctrina, causas initio eorundem considerabimus. Causa igitur efficiens generalior est virtus cœli & stellarum. In primis autem Solis; proxima vero meteororum sunt qualitates primæ activæ, caliditas & frigiditas: meteora autem sunt ex parte tantum ab apparenti quadam illuminatione provenientia. I. Metaph. 2.

### I V.

Materialis causa meteororum est in atmosphera, quæ duplex est; alia calida, alia sicca, nobisque hoc in loco dicitur aëris, i. e. fumus: vel etiam speciali nomine exhalatio: alia calida & humida, diciturque aëris vapor. quod est. Habet enim se vapor, uti aqua; exhalatio vero velut ignis. I. Metaph. 3. Scalig. l. 2. de plant. ad Aristot. p. 335. acutissime quæna vide.

### V.

Fiunt igitur alia quædem meteora à solo fumo; & sunt ignea; alia à solo vapore, suntque aërea; & aquæ: alia denique ex fumo & vapore commixta fiunt, dicique exinde mixta possunt. I. Meteor. 2. & 3.

### VI.

Forma meteororum pro loci diversitate varia est, & in sequenti specie alteri meteororum explicazione rectius atque explicitius intelligitur.

### VII.

Finis meteororum est elevatarum exhalationum consumptio, aërisque, propter communem animalium in primis utilitatem, purgatio: & aliæ hinc insequentes cause finales particullariores: quin imò accidentium & mutationum publicarum signi-

e 3.



Significationes à posteriori traderre meteora est te-  
sis experientia. I. Met. 1. & 4.

## VIII.

Materia in qua sunt & sunt meteora, principia-  
lis est aer, qui in tres divisus est regiones, scil. su-  
premam, medium & infimam. Quam supra  
calida est & secca, cum ob ignis vicinitatem, tum  
ob motus coelestis agitationem validam & vehe-  
mentem. Media frigida est & humida, non ob ab-  
errationem, ut quidam falsò opinantur: sed propter  
duplicis causae calorem inferentis defectum, radio-  
rum solarium scil. in hanc usque nunquam pene-  
trantium; & motus coeli minus in hac validi: sed  
imbecillis & languidi; ubi accedit etiam frigiditas  
vaporum, in eandem regionem tendentium: infi-  
ma calida est & humida, exquisitè loquendo, vel si  
cum vulgo regi aëris ad sensum loquivelis, infi-  
ma aëris regio modè calida est; modè frigida, mo-  
dè secca, modè humida: idque pro varietate radi-  
orum solarium, & diversa exhalationum natura. I.  
Met. 13. Scalig. ad Theophr. 1. de caut. plant. 13.  
Quam vocant annigatori, adeò nota est, ut nihil  
in praesentia sit obtundendum. Circumstare calo-  
rem frigus atque obsidet. Idcirco est aës. Quia  
contrarium. aës. Quia cohabet. ratus. Quia ro-  
bur. Non enim dimovetur.

## IX.

Post aërem locus etiam meteororum terra me-  
titò denominatur, ut pura, in qua ipsa meteororum  
quoque species non exiguae contingunt ac depre-  
henduntur. I. Met. 2. & 3.

## X.

Hæc in genere de Meteoris, & horum causis di-  
cta sunt: dehinc ad particularem eorundem in-  
specie explicationem progredimur, initium ab il-  
lis sumentes, quæ à solo sumo generantur & di-  
cuntur

cuntur Ignea, quorum natura propriè τούτων μηδεν,  
id est, successionis quædam apta materia nuncupat.  
tut. I. Met. 4.

## X.I.

Horum autem alia quædam in infinito; alia in  
medio; alia denique in supremo aëris domicilio  
sunt; variasque & pro materiæ dispositione ad vi-  
sum dissimiles habent species, ita tamen, ut prima-  
riis saltem rectè cognitis, aliæ omnes facilimè ad  
hasce revocari, & per hasce explicari possint. I.  
Met. 4.

## X.II.

Primam igitur ignitorum speciem cum Philoso-  
pho ponimus τὴν φλόγα πυρομόρφην, id est, ardentem  
flammam: αὐτή γά τε ἡ τοῦ θεῖοῦ καὶ μηνὸς τῷ πατέρικῳ  
μηνῷ παράδειξε σχῆμα πυρομόρφην φλόγην απότελεν αἴρεσσα πυ-  
ρομόρφης καλλίμορφης, id est, flamma fit ardens plerumq;  
tum, quando in longum æquè & latum exhalatio  
succensibilis extenditur, atque inflammata non  
secus ac in agro ardentes stipulae appetit. ibid.

## X.III.

Alteram species αἰλούρην, id est, capra vocatus  
saltans, cum scilicet exhalatio non æqualiter densa  
succenditur, estque longior, quam latior, & à  
lateribus villos quosdam, non secus ac capræ  
horripilantis repræsentat, cumque ardet & scintil-  
lat, quandam oculis saltationis motum offert &  
ostendit. I. Met. 4.

## X.IV.

Tertia ignitarum species ab Aristotele δαιλὸς.  
Trabs dicitur, quando ejusmodi inflammata ma-  
teria fit εὔστέρης, sine ejusmodi excussionibus at-  
que saltationibus. ibid.

## X.V.

Quartam speciem faciunt æstigies οἱ θρησκευτὲς δι-  
άθη, id est, stellæ, quæ videntur discurrere, &  
e 4 harum,

70 EPITOM. LIB. PHYSIC.

harum duplex est discrimen, siquidem discurrentes aliae sunt; cadentes aliae. Discurrentes stellæ sunt quando exhalatio ignea in longum extensa non est æqualiter densa; sed materiam ita præbet constitutam ac dispositam, ut crassioribus quidem nodis illa sit intercepta ac distincta. Huic igitur superveniens incensio, in parte quidem rara, citò ipsam consumit; in crassiori vero nodo diutiüs subsistit absumendo, quo facto, per alterum rufus tenuë & rarum materiæ spatium, citissimè flamma transvolat, inque alterum nondum pervenit, & hinc eodem modo in tertium, quartum, &c. donec materia tota consumatur. ibid.

XVI.

Stellæ autem cadentes, ~~in terris~~ dicuntur tum, quando fumus quidam siccus facile accensionem recipiens in orbem conglobatus, non in suprema; sed in media aëris regione accenditur, accensus ob loci istius frigiditatem depellitur ac reprimitur, ita ut decidens formam stellæ ē cœlo cadentis presentet. I. Metaph. 4. Ovid. l. 2. Metamorph. fab. 3.

longoq; per aëre tractu  
Fertur, ut interdum de cœlo stella sereno.  
Quæ si non cecidit, potuit cecidisse videri.

XVII.

Quintam speciem καλ' ἵππος meteororum Aristoteles ponit κομήτην, id est, cometam, quem δέρνεται coma nomen habere manifestum est, utputa cum suo ille lumine comas & crines veluti ostendat in specie quidem sua & forma maximè uisita, cuius etiam ratione Latinis stella crinita nuncupatur. I. Metaph. 7.

XVIII.

Cométam igitur Aristoteles nec concedit esse τύμφα.

τύμφων τῶν πλανητῶν ἀστέρων, id est, quandam errantium stellarum colluminationem, ut Anaxagoræ & Democrito placuit, nec τὰς τῶν πλανητῶν, id est, unum ex Planetis, ut Itali seu Pythagoricū putarunt; sed esse meteoron in supraēta aëris regione accentum, & quidem ex materia fumosa, quæ sit αἰθαλίας. Εἴη δὲ οὐδὲ, id est, exhalatio calida & sicca, cuius sententia rationem primariam ab effectu desumit, cùm plerumque siccitates & venti cometas insequi soleant. 1. Met. 6. & 7.

## XIX.

Species cometarum duas, easque primarias secundum Aristotelem ponimus, ita ut alius propriè dicatur κομήτης sive stella crinita, cuius nimurum materia ignea, sed in globum est collecta, nec nisi aliqua ex parte in longum protenditur. Alius verò πλανητας barbata stella, quando materia à globo rotundo in longum extenditur jam accensa lumine barbatam se visui ostendit. Nec difficile fuerit reliquas cometarum species ab aliis adductas, ad hasce duas, ceu generales referre & reducere. Vide Plinium. libr. 2. c. 25.

## XX.

Hæc est Aristotelis de cometis sententia; sed adhuc languida, minusque integra. Nec enim universalem omnium cometarum edocet rationem; nec veram omnium tradit generationem, nec universales & perpetuō veras ostendit causas; nec iustum deniq; & verum omnium locum assignat. Quippe sunt etiam cometæ in cœlo supra Lunam constituti & è coelesti materia generati; non tantum in aëris regione superiore ex quadam fumosa exhalatione, via astrorum producti.

e 5

Melius

## XXI.

Meliūs igitur & cum veritate longè convenientius sic equidem censeo : duplīcem esse cometam, unum alium æthereum, sive cœlestem ; alium Elementarem, totamque Aristotelis doctrinam de Cometis non universalem : sed particularem de Elementaribus tantum esse : atque ideo alteram cometarum speciem, cœlestium scilicet minimè attingere ; quin imò ipsi potius Aristotelii incognitam fuisse, de qua, ex sententiâ propria certis & immotis rationibus confirmata, præcise hic agendum videtur. I C. Scaliger. Exer. 79. de subtili, contra Cardan, aliud sentit.

## XXII.

Ætherei igitur cometæ natura, ut rectius tradatur & cognoscatur, per causas explicanda fuerit. *Ἐντελέχεια ἀρχῆς τοῦ οὐρανοῦ αἰώνιας.* Efficiens cometæ cœlestis causa est virtus in cœlo motiva, mutuaque corporum cœlestium per insigniores in cardinalibus, in primis signis congressus astronomicos cooperatio.

## XXIII.

Materialis cometarum cœlestium causa est *ὕλη γένεσις* Algorismus, materia cœleitis, quæ actu quidem est perspicua ; sed per condensationem visum jam terminare, lucemque per se & in se includere potest. Cujus simile videtur haud dissimile eidem Scaligero Exerc. 61. p. 1. Id quod in tela densiore aut rariore doméstico exemplo observari potest. Quippe ex partium situ propinquiore tollitur pelliculiditas,

## XXIV.

Formalis causa est ipsa exacte rotunda figura, eaque vel simpliciter rotunda sine cauda ; vel cum adhaerente cauda, ad caput cometæ planè rotundum.

Finis.

## XXV.

Finalis causa cometarum est peculiarem in hæc  
inferiora superiorum corporum influxum, cumq;  
pro natura efficientium, loci, motus aliarumque  
circumstantiarum varietate varium prænotare at-  
que ostendere.

## XXVI.

Hæc de causis breviter hoc loco attulisse suffi-  
ciat. Restat de loco, ut agamus, quem cometis  
eiusmodi æthereis in cœlo attribuimus, idque re-  
lictis Topicis argumentis, hac in primis apodictica  
ratione. Quicquid in sublimi observatum, nullam  
aut sane lunari minorem habet parallaxin, illud  
est supra Lunam, & per consequens in cœlo. Multi  
cometes talem habent ~~parallaxin~~. Ergo sunt in  
cœlo.

## XXVII.

Majorem argumenti nostri apodictici tota ma-  
thematicorum schola; quin imò omnium Philoso-  
phorum corona nobis necessariò concedere cogi-  
tur atque concedit. Minorem præter artifices præ-  
stantissimos Hipparchum, Senecam, Albumasarem,  
Haly, Messahala, etiam nuperima ætate Thaddæus  
Hagecius, Gemma Frisius & alii mathematici ac  
physici præstantissimi demonstrarunt. Imò propria  
observatione in cometa anni lapsi 1596. eandem  
lunari longè minorem liquidò percepimus come-  
tae parallaxin. Ad utramque igitur præmissam ve-  
ram vera ex necessitate conclusio insequitur.

## XXVIII.

Est etiam in promptu alia nostræ sententiæ iti-  
dem apodictica ratio, ex motu cometarum petita  
hæc: Quodcumque in sublimi constitutum corpus  
motum diurnum Lunā habet velociem & perfe-  
tiorem, supra Lunam necesse est esse positum. Sed  
multi

## 74 EPITOM. LIB. PHYSIC.

multi cometæ talem habent motum. Ergo supra,  
Lunam illi sunt positi.

## XXIX.

Omitto alia, quæ à temporis diurnitate, lu-  
minis claritate ac luciditate, à scintillatione, à  
motu ~~άσθλοντι~~ & æqualitate, aliisque desumi  
possunt adjunctis argumenta. E prioribus id, quod  
proposui, concludo, in cœlo nimirum etiam come-  
tas reperi, eosque ob id ætherios reæstissimè  
censeri ac nuncupari.

## XXX.

Hactenus de cometis. Ad 6. ignitorum speciem  
ab Aristotele positam devenimus, quæ πάγα, ή  
λόξος της γάλακτος κύκλος, ή γαλαξία, id est, lac,  
vel obliquus lactis circulus, vel lactea via nuncu-  
patur, & id quidem à colore suo lacteo: vulgo di-  
citur via D. Jacobi, idque à votiva ac superstitione  
illa hominum in papatu Compöstellam ad D. Ja-  
cobum excurrentium peregrinatione, Hispaniam  
versus miserè sæpe reversorum.

## XXXI.

Hanc, rejectis Pythagoreorum, itemque De-  
mocriti atque Anaxagoræ & aliorum opinioni-  
bus diversis, Aristoteles eodem modo, ut come-  
tam & alia meteora generari docet, traditque  
quod γαλαξία sit in Τηρείσις Διώκτης ἡ πέμπτη κύκλος  
χόντη, id est, coma circuli maximi, quæ ex excre-  
tione sive exhalatione calida & sicca, vi stellarum  
quarundam fixarum attracta sit, condensata & ac-  
censa. i. Met. 8.

## XXXII.

Sed hæc de γαλαξίᾳ Aristotelis sententia, iidem  
improbatur. Verius siquidem mathematici & mo-  
derni physici haec rem explicant, docentes, quod  
γαλαξία sit congeries quædam pluriarum & qui-  
dem minutissimarum in octavo cœlo stellarum  
quæ

## ARISTOTELIS.

75

Quæ propter summam loci distantiam, minimamque suam quantitatem visum nostrum effugientes, lacteum & album tantum colorem quendam oculis nostris offerunt, & cœlum per eum tractum albicans efficiunt. Sunt istæ illæ stellulae infra sextæ magnitudinis & Astrologis nebulosæ vocantur.

### XXXIII.

Rationes veræ hujus sententia breviter dicendo sunt hæ primariæ: 1. Quia non interit Galaxia aut mutatur, ut alia meteora; sed semper manet & singulis noctibus serenis conspicitur. 2. Quia non augetur, nec minuitur; sed uniformis semper permanet. 3. Quia etiam in signis à Sole occupatis, ut in Geminis & Sagittario, semper inviolata subsistit. Quod non fieret, si quedam esset exhalatio; quæ certè facile à Sole appropinquante & accidente absumeretur.

### XXXIV.

Hæc de meteoriæ, à solo sumo generatis, & quidem ~~et~~ ignitis meteoriæ. Sequuntur ~~et~~ meteora, sive per illuminationem tantum apparentia, quæ ob id ~~quod~~ dicere possimus, suntque ~~et~~ hiatus & foveæ, ac languinei colores. 1. Met. 5.

### XXXV.

Chasmata igitur fieri tum docet Philosophus, quando exhalatio calida & secca in summum elevata aërem & coacta, inæqualiter accedit ita, ut partes tantum extérieores circumquaque ardeant a luceant; media autem pars densa nimis nigra potius appareat; quod fit, ut interior esse videatur, ipsaque extremitate lucida longè profundior. 1. Met. 5.

### XXXVI.

Bodem plane modo foveæ sunt, & ab illatibus tantum

76 EPITOM. LIB. PHYSIC.

tantum secundum magis & minus differunt. Si enim cavitas sive profunditas magna atq; ampla fuerit, chasma dicitur: si vero nigra illa in medio profunditas exigua apparet, *βόθυος*, fovea nuncupatur. ibid.

XXXVII.

*Χεράπειας αἰματώδην* colores in celo apparentes & horum quidem primarii atque usitatisimi, nempe sanguinei sic sunt, quando scil. lumen tenue & remissum per adustam quandam & densiorem exhalationem transparet ita, ut iusta quedam proportione sit inter lumen ipsum & exhalationis densitatem, pro effingendo hoc meteoro. Tum enim non secus ac ex summo culinario cratlo in radios solares incidente, color languineus apparebit. ibid.

XXXVIII.

Hisce *καλύπτονται* meteori merito quoque adjicienda putamus & hoc loco explicanda, que infra sunt a Philosopho attinguntur, ut sunt *ἅλοις* halo vel area, *ἴεσι*, id est, arcus celestis, *πυργίλιοι* parelii vel plures folies, *πυρροτίληνοι* sive paraseleni vel plutes lunæ, *ἱάστοι* denique, id est, virgæ vel ferulæ.

3. Meteor. 2.

XXXIX.

Halo igitur est circulus sive corona quandam circa Solem & Lunam, aliamve clariorēm stellam apparens & undique circa Solem, Lunamve aut aliam stellam splendidam consistens, tum facta, quando radii Solis Lunamve, vel alias stellæ cuiusdam insignioris in nubem quandam circumfisentem, raram, perspicuamque & plenam directe incidunt, circularemque aream circa stellam efforment. Colorem habet vel album, si nubes maxime rara sit, vel punicum, aut etiam aurum, si crassiuscula nubes subjiciatur. 3. Meteor. 2.

Terr.

## A R I S T O T E L I S.

77

### X L.

Tempestatum coronas habere prognosticon  
Indicium experientia testatur. Si enim obscuræ  
fuerint, & diutius persistenterint, pluviam notant: si  
claræ sunt ac lucidæ paulatimque absumentur, se-  
renitatem signant; sive ab una parte dirumpantur  
& dissipantur, ventos ab ea mundi parte flantes  
ostendunt. 3. Meteor. 3.

### X L I.

Iess. 27. Tempore dicitur videtur, quod est indicio vel  
nuncio: pluviam siquidem vel serenitatem nun-  
ciat: et sique Iris impressio quedam in nube rorida  
Soli vel Lunæ etiam è regione opposita, in qua  
ejusdem Solis vel Lunæ radii reflexi & refracti, ar-  
cus speciem ac figuram discoloram efficiunt & re-  
presentant, unde etiam arcus cœlestis dici consue-  
vit. 3. Met. 4. Arist. 12. probl. 3.

Mn̄ ē si ne φυτοις ή iess. : ἀκάρην ὥψιας πάθος αι-  
χαρισματικόν. Consule Scaliger. Exerc. 80. de subtilit.  
Origo prima è sacris Gen. 9. v. 13. & 14. Quicquid  
quidam ganniant aut somnient, an fuerit ante  
diluvium? Simile commentum illi; & nugamen-  
tum. Quid D E U S egerit ante mundum con-  
ditum? Resp. pius pater. Infernum impiis con-  
didit. Sed alias. Idem, quod nunc facit, fecit.  
Eras, qui in D E O tempora disparas, cui  
omnia sunt in præsenti. An deērat occupatio  
huc quæ fuere, quæ sunt & quæ instant contem-  
planti? D E U S enim unus auctoritas, sua perfe-  
ctio, sedes & regnum. D E U S sibi & suum  
ei esse sufficit. Quid ni? In ipso omnia, ipse  
omnia. I. C. Scaliger. in carmin. super D e o.  
& Lipsius lib. 2. Stoic. physiolog. dissert. 8.

Colo-



## XLII.

Colores autem Iridis in primis tres sunt: Extior puniceus, qui Græcis φωνίς dicitur, in extrema arcus circumferentia superiore. Medius viridis, Græcis accommodatius πράσινος nuncupatur: infimus denique cœruleus est, ἀλαζηγός Græce νοετός: his accedit quartus Philosopho ζαύος flavus dictus, cuius etiam Scaliger facit mentionem, peculiaris tamen non est; sed per πράσινον, sive contrapositionem duorum vicinorum colorum punicei & viridis q. commixtus. 3. Met. 4.

## XLVII.

Parelii & Paraseleni sunt & dicuntur imagines quædam Solem aut Lunam representantes, quæ sunt, tūm quando nubes densa & continua ac æqualis ad latus Solis vel Luna collocatur; quæ Solis vel Lunæ radios immisso recipiens, ejusdem imaginem in star speculicujsdam exprimit: estque in parelii & paraselenis unus semper verus Sol, cui aliae Solis imagines adjunctæ videntur & una vera Luna, cui imagines Lunares adhærere apparent. 3. Met. 6.

## XLIV.

Virgæ autem sunt, quando nubes rorida & densa; sed non æqualis: verū ita disposita, ut quædam ejus portiones densiores sint, quædam minus densæ & rariores, ad latus Solis ponitur. Tunc enim radii immissi densam nubis partem illuminant, minus densam & raram pertransiunt, unde virgarum & bacillorum formæ apparent. 3. Met. 8.

## XLV.

Meteororum ignitorum species primarias explicavimus. Sequuntur aquæ, & initio quidem à vapore solo producta, quæ sunt vel in aëre supra terram,

terram, ut nubes, nebula, pluviae, nix, ros, pthuina: vel sub terra, ut fontes.

## XLVI.

4. Νίφες, ἢ νοῖς ἢ nubes est aëris iēcū aīcū eis uđue, id est, vapor ex aere in aquam resolutus; sive est meteoron aqueum ex vapore in medium aëris regionem elevato, & per ejusdem regionis frigus condensato productum, qui vapor resolutus guttati decidit, pluviamque efficit. I. Met. 9.

## XLVII.

2. Ὀμίχλη nebula vero est νοῖς τετράγωνος eis uđue συγχέσθαι est quedam nubis in aquam excretæ superflua remanentia. Quando enim vapores ē terra elevati in nubes & pluviam postea trans-eunt, tūm id, quod terreum magis est, & ob id siccius, in aquam non concessit, nec satis in altum attollitur; sed in specie nebulae descendit. I. Meteor. 10.

## XLVIII.

3. Vires pluviae est nubes; sed jam in aquam penitus resoluta, guttatiisque decidens, quæ si καταμίκησε πέραν, id est, si guttis decidat minutissimis ψεκάσει, id est stillæ sive guttae; si καταμίκησε μεσαντελέσ grandioribus si decidat partibus, pluviae nuncupatur. I. Met. 9.

## XLIX.

XI. id est, nix generatur item ut pluviae; ex vaporē Solis & stellarum virtute, in medium aëris regionem elevato, qui in nubem propter aëris frigiditatem nimiam, veluti congelascens, non in aquam statim resolvitur; sed potius in floccos albicans, rapida ventorū agitatione instar lanæ catinatae distractibut; disciprūsque decidit, idq; vel tenuioribus particulis; & tum proprie γένος nix dicitur, vel densioribus ac majoribus & tunc Graecis ιππεῖς appellatur. I. Met. 11. 2. de gen. anim. c 2.

F

"Aetnos,



Απόι ά', ὅτι γράμματα πολύτελα, δὲ τὸν ὄγκον πολὺ<sup>πολὺ</sup>  
τὴν λαξίνοντες Διοφάνδ: ὠντες εἰ τοῦ ἀρρένος καὶ τῆς  
χιῶν, καὶ τὸν χιῶν ἐστὸν ἀρρένος. Quod Scaliger succincte  
alicubi interpretatus est: l. s. ad Theophr. c. 25.  
Nix est ex nube spuma, aëre concepto. Imò tota  
spuma est ob aërem. Ideò non congelat, ut pru-  
ina.

## L.

Xέλαζε grando nihil aliud in initio est, quam  
pluvia; quæ tamen per guttulas jam casura ac de-  
lapsura valido circumstantis aëris in infima medie  
regionis parte frigore congelatur, constrictisque  
a gelu guttis & in glaciales q. portiones concretis  
tandem decidit. Figura quidem vel parva & rotun-  
da, quando procul à terra illa constrictio facta fu-  
erit; unde etiam vehementiori quadam vi grando  
tum decidit: vel non rotunda, sed quadrata ovali,  
aliavé figura, eaque magna, quando vicinior ter-  
rae fuerit generatio, ubi etiam minore vi atque im-  
petu grando demittitur. 1. Meteor. 12.

*Maro in Georg.*

Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

Qui unicus versus quam mirè naturam grandi-  
nis, quasi audires, exprimat, Scaliger te auct in  
Poët. libris septem aureis, quos crebris cit-  
dimus in Ethicis.

Nam non omnis fert omnia tellus:

Hic melius segetes illic felicius uvæ

Gliscunt; sed gliscunt.

Defuerint vires: tamen est laudanda voluntas.

## L.I.

Δέος Ros fit & generatur, ὅταν οὐρανοῖς εἰσιν οὐρα-  
νοῖς, id est, quando vapor in aquam concreverit  
seu tum, quando subtilis quidam vapor modicum  
cale-

caloris in se habens sursum defertur, ita tamen, ut propter caloris adhaerentis imbecillitatem procul in altum ascendere nequeat, unde potius in inferiori aëris regione permanet, & in aquam nocte serena, minusque a ventorum turbine turbida condensatus, ad ima descendit, rorisque appellatiōnem nanciscitur. 1. Met. 10.

LII.

Eadem quoque est ratio & generatio r̄ūs πάχος pruinae, quæ sit ὁλὴ h̄ybris māḡ, mātēs vīdūs vīnēs. Dñq̄ πάλιν, id est, cūm elevatus aër priusquam in aquam rursus concrevit, in guttulas glaciali duri- tie rigentes congelatur, quæ ad ima delata arboribus, plantis, herbisq; & pilis animantium, aliisq; rebus obvīis adhaeret. Tantum igitur in eo Ros & pruina differunt primariō, quod aëris inferioris major in pruina frigiditas requiratur; quam in Ro- re; unde in frigidioribus potissimum terra locis & apud nos hybernis noctibus serenis, atque a ven- to quietis pruina generetur. 1. Met. 10.

LIII.

Quemadmodum igitur suprā terram in aëre elevati vapores variè à gelu condensantur, & sēp- etiam constringuntur; ita quoque sub terra colle- ctum vaporem continuoque successu sese invicem consequentem, vis frigoris in aquam condensat. Unde postea ὁ πόλεμος, id est, fontes oriuntur, ex quibus postea fluvii hic inde promanant atque de- rivantur. 1. Met. 13. Hæc Philosophi opinio an- vera sit? Scaliger ventilat in l. Hipp. de Insomniis. p. 130. exemplo Nili & Istri, & l. 2 au Aristot. de Plant. p. 340. &c.

LIV.

Hæc de fontibus doctrinas τῆς γαλαξίας maris in fert nobis considerationem; quod integrum & to- tum planē est, οὐδὲν τοῦτο μητέρα in generabile &

32 EPITOM. LIB. PHYSIG.

incorruptibile; secundum partes tantum generationem & corruptionem agnoscit. Quæ enim universaliter de omnibus supra docimus elementis; eadem quoque de tertio elemento, aqua nimirum, cuius mare est receptaculum, accipientur. 2. Meteor. 1. & 3.

L V.

Mare enim proprius & naturalis aquæ locus; id. que dupli ratione; tūm quia maxima aquarum in eo inest copia; tūm etiam quia omnia alia aquarum flumina fluvii fontesque in hoc ipsum influnt. 2. Meteor. 2.

L VI.

Neque verò ob id quod alia omnia in mare incurvant flumina, mare ipsum unquam apertè augeatur; partim quod in occultos terræ meatus, & hiatus non exigua semper defluat aquæ copia, & a terræ siccitate consumatur: partim quod rādiorum solarium vis calida aliquantam aquæ partem resolvat, & absumat. Sicuti enim aqua etiam paucissima in cyatho relista angusto tardissime exsiccatur; citissime verò in mensam profusa evanescit, sic flumina intra suos alveos contenta difficilius. In maris autem amplissimam ac vastissimam planitiem diffusa facilimè & quam subito exsiccantur atque evanescunt. ibid.

L V H.

Porrò maris aqua per accidens & quatenus impura est, atque ex aqua & terra commissa, sal sedinem habet, idque propter solis virtutem & qualidam quasi coctionem, qua sol vi caloris sui vapores ex aqua humidas juxta & siccas quoque portiones habentes adjunctas educit, hosq; adurit & ita consumantur: crassiores verò vicissim in mare dilabuntur, quæ adustæ marinam efficiunt sal sedinem.

Humi-

Humidum enim & siccum per calorem adusta atq;  
commista sal sedinem pariunt, ut in sudore lixivio  
aclorio liquido appetet. 2. Meteor. 3. Querceta-  
nus alicubi contra Arist. maris aquam saltam inna-  
ta sal sedine esse contendit ex Hebræis fontibus.  
Mara, unde mare & amarum, qui sapor falso co-  
gnatus. Cui Scalig. Exerc. 46. assentiri videtur:  
sed videtur. Vide eundem. l. 6. ad Theophr. c. 5.

## L VIII.

Hæc de mari dicta sunt: Restat jam, ut mista  
meteora ex famo videlicet & vapore junctis pro-  
ducta consideremus. Suntque illa vel aërea, à facilis  
videlicet eorum in aërem resolutione sic dicta;  
vel ignea à natura & specie ignita nuncupata. 2.  
Meteor. 4.

## L IX.

Aërea vel suprà terram fiunt, ut rā πνεύματα, id  
est, venti, vel infra eandem, ut τέρπης terræ mo-  
tus. De ventis cum philosopho initio agemus: ἐν  
τοιχῷ τοῦ θεάτρου ζεῦς αὐθιμίωνες, ventus  
est multitudo quædam sive copia calidæ & siccæ  
exhalationis, quæ ascensura frigiditate mediæ  
aëris regionis vicissim deorsum pellitur & ita, cum  
levis sit, non planè delabi ad ima rursus potest, sed  
una cum aëre circa terram hinc inde agitatur, ac  
moveretur. Dico calidam & sicciam exhalationem,  
non quod penitus illa secca sit, nec humida etiam:  
sed quod siccitas in ea maior sit, quam humiditas.

2. Met. 4.

## L X.

Ventorum eadem vehementia a primo exortu  
semper non est, sed in principio quidem minori  
vi ac raptu defertur: sensimque deinceps crescit &  
augetur, idque cum ob confirmationem suam jam  
virtutem, tūm ob occurrentes alios facile mobiles  
halitus, tūisque sese immiscentes. 2. Meteor. 4.

f 3

Cohi.

## LXI.

Cohibere autem ventos, horumque tranquillitatem efficere & inferre possunt hæc duo, calor & frigus. Calor enim si nimius est, exhalationem e terra egressam atque elevatam statim consumit; sèpè etiam eidem in extrema terræ superficie nimium à se se exsiccata, omnem exitum occidit. Frigus vero aëris, vel ipsos terræ poros ita virtute & vi sua constringit, ut exhalatio nulla exinde egredi possit, quæ venti materiam suppeditet: Vel etiam egressam quidem exhalationem statim infrigidat & condensat, atque ita motum & flatum ipsum circa terram inhibet. 2. Meteor. 5.

## LXII.

Porro si ventus e terra ortus ab exhalatione fuerit tenui, paucaque & exigua, aura proprie dicitur, cuius species primaria & maximè insignis sunt Eretix, id est, venti caniculares, quos sol circa solsticium æstivum, maximè septentrionalibus regionibus appropinquans, ex aquis inibi congelatis atque tum aliquatenus liquefactis educit, qui elevati & a frigore medii aëris repulsi, ad latera in hanc etiam nostram regionem agitantur & mouentur: Unde venti Aquilonares, alijs quoq; dicuntur communique opinione Syrio ex orienteflare incipiunt, perque 40. dies spirare pergunt. 2. Meteor. 6. Plin. 2. cap. 48.

## LXIII.

Ventus vero à majori & magis copiosa exhalationis materia, eductus fortiter movens, & cum imperio quodam ac raptu aërem impellens, ventus propriè nuncupatur, ad quem proximè accedunt igniti quidem; sed vehementiores raptus ac spiritus, de quibus paulo post monebimus, 2. Meteor. 2. Plinius 2. cap. 48.

Name.

## LXIV.

Numerus ventorum in primis ratione loci, & quo spirant ac deferuntur, distinguitur: suntque alii Cardinales; alii horum collaterales: Cardinales sive primarii venti sunt quatuor, Orientalis, qui flat ab Ortu Äquinoctiali Subsolanus,  $\delta\phi\lambda\alpha\theta$  dicitur. 2. Occidentalis, qui ex opposito ab occasu Äquinoctiali spirat, estque Zephyrus Favonius. 3. Septentrionalis, qui flat à polo Septentrionali & dicitur  $\alpha\pi\mu\gamma\lambda\alpha\theta$ , Septentrio, 4. Meridionalis, qui huic oppositus à polo spirat meridionali & vocatur  $\text{N}\circ 2$  Auster. 2. Meteor. 6.

## LXV.

Collaterales venti illi sunt, qui cardinalib. vtrinque quasi à latere adhærentes deprehenduntur, vel bi gratia subsolani collateralis ventus ab Ortu æstivo est Cæcias, qui idem Helleponias quoque dicitur. Ab Ortu vero hyberno, Vulturnus. 2. Favonios collateralis ventus est ab occasu æstivo Corus: ab occasu vero brumali Africus. 3. Septentrionis collateraliter adjunguntur versus ortum quidem æstivum Aquilo sive Boreas. Versus brumalem vero Occasum Circius. 4. Auster denique collaterales habet ventos à parte quidem versus Ortam hybernū, Euronotum; à parte autem versus occasum æstivalem, Libanotum: Hisce nautæ recentiores in suā hodie pyxide plures & quidem adhuc in primis numero 24. adjungunt. 2. Meteor. 6.

Qui bene ventorum naturas noverit, alter  
Æolus aut simili nomine frater erit.

## LXVI.

Sequitur  $\omega\epsilon\iota\sigma\mu\theta$ , id est, de terra motu doctrina. Est autem terre motus tremor quidam, quo terra movetur & concutitur, factus ex exhalaitione calida & secca, interioribus terræ visceribus conclusa & detenta, quæ dum ad superiora exitum pro sua

## EPITOM. LIB. PHYSIC.

natura querit, nec eum propter terræ soliditatem  
invenire ac nancisci potest, terram movet, vique  
summa erumpens, proxima quæque concutit, ra-  
pitque ac projicit; idque eo magis, quo calida ma-  
jorque ac vehementior est spiritus inclusus, qui  
cum sit subtilissimus, facilimè movetur, ac com-  
movet. 2. Meteor. 8.

## LXVII.

Hanc de Terræ motus generatione veritatem à  
posteriori & signis quibusdam consequentibus  
philosophus cōprobat atque illustrat, quorum  
primaria sunt. 1. Tranquillis sanè temporibus,  
ubi videlicet nulla egreditur exhalatio; sed intus  
permanet, crebrios fūnt terræ motus ac vehe-  
mentiores. 2. Noctu, halitus videlicet interio-  
ris magis intra terram propter *αναπνεον*, frigo-  
ris exterioris calefactis, frequentius fūnt terræ  
motus.

3. In terra spongiosa validissimi fūnt *αρρυγή*.

4. In annis nimium pluviosis, vel etiam maximè  
ficcis: anni quoque quadrante vernali & autum-  
nali in primis fūnt terræ motus.

5. Sæpè non desinit terræ motus erumpente è  
terra spiritu.

6. Sæpè quidam sub terra sonitus in terræ motu  
audiuntur, utputa ex mota illa exhalatione & in  
terræ solidas partes impingente provenientes.  
2. Met. 8.

## LXVIII.

Uti autem spiritus in corporibus nostris sece-  
commoventes; aliás quidem pulsū, aliás tremo-  
rem concitant; ita sanè spiritus quoque in terræ  
visceribus sece moventes, duas terræ motus species  
producunt, vel efficiunt, quarum prior est *τρόμος*  
tremor, quando nimium terra cum tremore quo-  
dam sursum ac deorsum movetur: posterior verò  
*αρρυγή*

*εργον* pulsus dicitur, quando ad latera terra ipsa concutitur, & movetur: plures hisce adjungit liber *ελέκτορες* de mundo ad Alexand. 2. Meteor. 8.

In Medicorum gratiam adspersa voluimus hæc talia, è Scalig. 2. ad Arist. de plant. 347. Quem Herœa & virum semper magnificemus ob literariam Reipublicæ salutem. Ait autem de Galeno, qui carpat Herophilum, quod dixerit tremorem esse affectum nervosæ substantiæ. Haud ejus esse: sed motricis facultatis. Et in Epilogo sic. Palpitationes, Convulsiones, Paralyses esse instrumentorum documenta. At tremorem affectum imbecillæ facultatis. At enim verò si tremor est motus. Motus autem corporis affectus. Tremor erit corporis affectus. Facultas movens non est corpus. Non ergo moventis facultatis affectus tremor est. Nihilo magis, quam terræ motus est affectus, gravitatis, quæ in terra est: sed terræ substantia corpora.

## LXIX.

Mista meteora aërea hæc fuere, nunc mista illa, quæ ignea diximus, videamus, qualia sunt;

1. *Ἐκρηπίας* procella.
2. *Πένσης*,
3. *Τύφων* Vortex vel turbo,
4. *Ἄστρων* Tonitru.
5. *Βερρή* Fulgor.
6. *Κεραυνὸς* Fulmen.

## LXX.

*Ἐκρηπίας* procella est spiritus vel ventus tumultuosus & acer factus à copiosa, eaque crassa exhalatione, quæ subito impetu è nubibus secretæ emittitur, ac circa terram agitatur. Huic si vaporum præcipitatio & aquæ subita profusio addat, *ἴζωδις*, id est, effusio aquæ, *Wolkenbrust* inde exoritur. 3. Meteor. 1.

58 EPITOM. LIB. PHYSIC.

LXXI.

*Πεντη* δέ τοῦ θερμοῦ, quod est incendere dicitur.  
Estque spiritus factus à tenui exhalatione, eaque  
arida, & facile accensibili, ita ut in gyrum ventus  
hic circumvolvatus, facile ea, quæ tangat arida in-  
cendere valeat. ibid.

LXXII.

*Tυρός*, turbo autem est spiritus vehemens in gy-  
rum summo impetu hinc inde agitatus; idque vel  
propè terram, tūm videlicet, quando procella ex  
locis angustis erumpens, circa terram in alium  
ventum incidit, & coangustatur: Vel supra terram  
paulò altius, quando procella ex nube emissa atque  
exclusa in subjectam nubem aliam, eamque den-  
sam incidit, quam cum integrum permeare non  
possit, per exiguum tantum & angustum nubis  
foramen erupit, subitaque vi detorta in gyrum  
agitatur. ibid.

LXXIII.

*Aspern*, Tonitru est sonus in nube, quem efficit  
exhalatio calida & sicca, intra nubem inclusa, &  
vi quadam atque impetu ad latera nubis ita densa,  
ut penetrari facile non possint depulsa. Unde dein-  
de ex vehementi collisione fragor ejusmodi, qua-  
lem audimus, concitatatur. 2. Met. 9.

LXXIV.

*Begor*, Fulgor est spiritus luminosus factus ex  
exhalatione calida & sicca, quæ è nube exiliens &  
erumpens; rapido tractu per aera spargitur, mo-  
tuque accenditur, ita tamen, ut antequam ad infe-  
riora hæc deveniat, deleatur & extinguitur. Etique  
vel cum tonitru, si copiosa illa est exhalatio & nu-  
bes satis densas; vel etiam sine sono ac tonitru, si re-  
nus sit exhalatio, nubesque rara & minus con-  
densata. 2. Met. 9.

Licet

## LXXV.

Licet autem fulgur & sonus ille seu tonitru si-  
mul hant, vel etiam tonitru prius, quam fulgur &  
nunquam contra; tamen ante sonum sive tonitru  
percipere solemus fulguris coruscationem, idque  
ideo, quod subtilior sit visionis sensus, quam au-  
ditus, atque adeo longe cito in momento statim  
afficiatur sensus. Auditus vero non nisi in tempo-  
re, aliquantiō tardius. 2. Met. 9. Plinius 2. cap. 54.

## LXXVI.

*Kogewyōs* fulmen deniq; est sumus sive exhalatio  
calida & sicca copiosior, quam in fulgere, & spif-  
fior, quæ ē nube magno impetu erumpens inflam-  
matur & accenditur, accensaque in terram usq; de-  
truditur: Estque fulmen vel igneum subtile vel fer-  
reum & crassum: Igneum quod & clarum vocant,  
mirificæ maximè naturæ non urit; sed sine aliqua  
exteriore læsionis nota, corpora penetrat, utputat,  
quo dolia exhauriuntur, intactis operimentis,  
nulloque alio vestigio relicto; aurum & argentum  
liquat intus sacculis ipsis nullo modo ambustis, ac  
ne confuso quidem ceræ sigillo. 3. Met. 1. Plin. 2.  
cap. 51.

## LXXVII.

Crassum fulmen ex materia magisteri terrestri est  
productum; idque vel fuliginosum tantum dici  
potest, quod corpora attacta fuligine tantum qua-  
daria fine perustione obfuscatur: vel adustivum, quod  
magna cum ignis copia delabens, corpora obvia-  
accendit.

Sæpe lapidē etiam, quæ fulmineum nominamus,  
hoc ipsum summo cum fragore emitit, qui fit,  
quando exhalatio fulgurea ac fulminea ab humo-  
re circumfusa in nube congregatur, & congluti-  
natur, caloreque deinde tum solis, tum proprio in  
foli-

90 EPITOM. LIB. PHYSIC.

solidissimum corpus induratur, ita quidem, ut sic  
ciores partes, dum ad superiora tendunt, in supe-  
riore lapidis portione colligantur. Humidior vero  
vapor pro sua natura effugere nitens, & ad inferio-  
ra contendens, inferiorum lapidis portionem effi-  
ciat, unde cunei vel pyramidis figura existat. 3. Me-  
teor. I.

LXXVIII.

Cum meteororum ex exhalationibus prodeun-  
tiuum doctrinâ, méritò quoq; generalis minerali-  
um & metallorum consideratio hic instituitur.  
Etenim hæc ipsa quoque è τῇ αὐτῇ γῇ ἐγκλεισθείσῃ  
μέροις τοῖς τῆς γῆς μετεωρικοῖς περγάλαιοῖς; id est, In ipsa  
terra, occlusis terræ partibus ac visceribus, perfici-  
untur & quidem ex exhalatione vel calida & hu-  
midâ, quæ dicitur vapor, vel calida & siccâ, quæ  
sumus nuncupatur. 3. Meteor. 7.

LXXIX.

Quemadmodum igitur duplex est exhalationis  
materia metallorum, ac mineralium; sic duæ quoq;  
etiam tamen cù τῇ γῇ κανονιδρῶν: τὰ μὲν ὄφυτα: τὰ δὲ μετά-  
λλα, id est, duæ quoq; corporum in terra genera-  
torum & commissorum sunt species. Alia enim fos-  
silia; alia metallaria sunt. 3. Meteor. c. 7.

LXXX.

Hū μὴ οὐ ξηρὰς αἰδημονίους εἰποῦσσα ποῖει τὰ ὄφυτα  
ταῦτα. Exhalatio calida & siccâ, adeoque jam adu-  
sta, efficit fossilia metallâ, quorum quidem τὰ μὲν  
στρογγύλα χειροποιήθη: τὰ δὲ λίθοι εἰς ποιῶντας γῆ-  
νας συστατεῖς, id est, alia fossilem species est veluti  
pulvis coloratus, ut Minium, sulphur. Alia vero,  
ut lapis ex ejusmodi pulvere constitutus, ut cinn-  
bari, ibid.

Metal-

## LXXXI.

Metalla vero sunt ex exhalatione ea, quae veluti  
vapor sese habet, & calida est ac humida; cum fumo  
tamen mista, quae terrae maximeque lapidus inclu-  
sa, per & propter lapidum siccitatem & frigiditatem  
nimiam concrescit & admistis purioris terre qui-  
busdam portionibus induratur, unde metalla post  
ea generantur & producuntur.

## LXXXII.

Suntque metallorum alia quidem fusibilia;  
quae videlicet fundi ac diffundi possunt: alia in-  
ductilia, quae non fundi: sed duci tantum possunt:  
Funtque ex vapore omnia, a frigore antequam in-  
aquam transeat, coacto & congelato, cum admista  
tamen purioris terre & exhalationis siccæ portione  
proportionali: dico τοις πυρεσ παντας μεταλλα  
επιφερει, id est, propterea quoque omnia metallia  
alia igniuntur & ardorem concipiunt: solum vero  
aurum, utputa purissimum fortissimumque ex vapo-  
ribus commixtum, minimè incenditur. 3. Meteor.  
ult.

## LXXXIII.

Metallicorum numerum quod attinet, primario-  
rum quidem septenarium ponunt artifices; ita ut  
horum numerus planetarum exaque numerum,  
illaque singula his singulis attribuant, & primo  
quidem aurum primo luminari majori videlicet  
Soli ascribitur. ☺

2. Argentum minori luminari lunæ tribuitur.
3. Saturno Plumbum conceditur. H
4. Jovi Stannum. Z
5. Matri Ferrum. ♂
6. Veneri Aes. ♀
7. Mercurio Argentum mobile vel vivum assi-  
gnatur. ☽

De



## DE METALLIS.

### I.

**O**rtus & generatio metallorum non tam in arte lubrica sumidaque chymistarum; quam inimitabilis Naturæ solertia consistit. Ideoque recte Poëta cecinit,

Effodiuntur opes, irritamenta malorum;

Non vero è furno cinislonum excoquuntur & eruntur.

### II.

Aristoteli, ut paulò ante constitit, sunt <sup>τὰ μεταλλικά, οὐ τὰ φυσικά</sup>, quasi <sup>μητέρα</sup>: vel quod post alia commoda à larga matre, quæ terra ipsa est, subministrentur: vel quod natura ipsorum talis sit, ut ubi una fuerit inventa vena, haud procul abs talia: licet alii ab Hebreo agnato vocabulo deducere malint: aut <sup>μεταλλεῖς</sup>; id est, ab inquirendo & indagando in montibus & subterraneis remotis. lib. 3. Meteor. 5. & lib. 4. ibid. c. 8. de sens. & sensili. c. 5. Plinius l. 33. c. 6.

### III.

Est ergo metallum corpus perfectè mixtum, <sup>ομοιομορφός</sup>, sub soli visceribus ex vapore aquo & terreo, ope caloris mixcentis & concoquentis frigoris congelantis vi elaboratum atque contatum, durum à natura: sed ita, ut domitum à Vulcano fundi malleoque duci queat. Cujus defi-

nitione.

## ARISTOTELIS.

93

ditionis declaratio per causarum enarrationem  
planior evadet.

### IV.

Materia secundum Aristot. est Vapor aqueus &  
terreus, vel *εὐαρπεῖας ἀτμῶδης*, id est, exhalatio va-  
porosa in terræ cavernis conclusa & maximè ob-  
lapidum siccitatem frigusque ibi coactata & con-  
creta. ποιητὴ τοῦ ταύτη τοιούτης εὐαρπεῖας ἀτμῶδης  
τυγχανεσθεντὸν καὶ μάλιστα εἰ τοῖς λίθοις Αἰγαῖοντα  
εἰς τὸ σωθῆσθαι βορδὸν καὶ πυκνωδόν. libr. 3. Meteor.  
cap. 6.

### V.

Ratio autem est, hanc potius veram esse metal-  
lorum materiam, quam fictitiam illam & picti-  
tam, Sulphur & Mercurium chymicis, quod ea,  
qua supra terram oriuntur, ut ros, pruina, ex  
eadem videantur concrescere & spissescere mate-  
ria, ex qua illa, quae intra terram hoc modo coacta  
coalescunt.

### VI.

Quin idem ab eventu siquer & experientia  
aliquoties constitisse legimus, ex vaporibus hu-  
jusmodi in sublime elevatis evectisve non sine  
admiratione, imò non absque stupore spectan-  
tium & interdum atque ferrum in aëre confla-  
tum, indeque delapsum, ut & lapidibus pluisse  
sicut in fulgetro. lib. 3. Meteor. c. 1. Plin. l. 2.  
c. 52.

### VII.

Hac tamen lege & omni, quod materia met-  
lorum non sit solus vapor sed halitus quidam ex  
vapore & exhalatione commixtus, in quo tamē pre-  
cellat humiditas seu maior vaporis. Quod ē Philo-  
sophi sensu liquet, dū ait, partim esse *as iudeas metallas*  
partim

## 24 EPITOM. LIB. PHYSIC.

partim &c. Prius constat ex effectu. Quia liquefacti  
quasi fluunt, ut aurum, argentum, stannum,  
plumbum. Posterius; Quia ab igne remota rede-  
unt ad terræ naturam, id est, concrescunt & con-  
densantur.

## VIII.

Unde Chymistarum error ab Arist. facile tunc  
corrigitur, tunc refellitur. Non enim ex argento  
vivo fiunt metallæ. Quia is non habet *vivificans*  
*idærady.*" Αγρυπὸν χρὺς, id est, liquatum seu  
vivum argentum non est aquæ fortis, licet videa-  
tur: in ipso aër prædominatur. Nam si Mercurius  
ponatur in vitro vas & igne exerceatur, statim  
sursum fugit (unde & fugitivus furcifer) inque-  
sum abit. Quod profectò non fieret, si esset  
aquea prouersus aut potissimum indolis. 4. Mete-  
or. 8.

## IX.

Neque etiam Sulphur. Quia Arist. ibidem  
c. 7. expresse distinguit istud à metallis. Quæ enim  
concrescunt, inquit, ex vapore; alia concrescunt  
ex vapore sicco, ut sulphur: alia ex vapore madido,  
ut metallæ. Qui verò hunc nodum solvent? Sul-  
phur illud minerale facile inflammatur. At hoc  
nullum metallum ita accenditur.

## X.

Efficiens annis geminum: aliud remotum; aliud  
propinquum. Remotum, ut Sol & vis reliquorum  
planetarum siderumque, quæ in hac sublunaria-  
gunt lumine suo & influens proximum est calor  
& frigus in terræ viscerib. contentum. Τε γαληνὸς  
τὸ τοιοῦτον αὐτὸν ἔγειρε καὶ ψυχόμενος. 4. Meteor.  
c. 12.

## XI.

Sed quomodo unus effectus à diversis sibiique  
adversis causis? Respondemus. Dicitus vapor vel  
exha.

## ARISTOTELIS.

95

exhalatio intra terrae cavernas conclusa primum  
a calore sive igne subterraneo interno, aut exter-  
no coelesti probè permiscetur, temperatur & con-  
coquuntur: deinde à frigore ambiente constringi-  
tur & condensatur ac demum in metalli certam  
speciem efformatur.

## XII.

Forma metallorum essentialis non est una tan-  
tum, ut chymicis placet; sed juxta specierum di-  
versitatem varia atque multiplex: quæ tamen ipsa  
non inius in suo genere perfecta est, ideoque  
immutabilis & incommunicabilis, quam forma  
vel plantæ, vel bruti.

## XIII.

Finis & forma in Physicis coincidere in aperto  
est & aprico. 2. phys. 8. Qui fructus autem & usus  
exinde percipiuntur, quis negabit, nisi qui aurum  
& argentum non amabit. Sed hoc artifices & op-  
fices melius nobis norunt, qui ista non tractamus,  
neque de benuis.

## XIV.

Conditiones metallorum è definitione depro-  
muntur tres, quibus à reliquis fossilibus discer-  
nuntur. Quarum 1. est σταλαγμός. Ea autem oritur  
partim à frigore, materialē metallarem visuā con-  
spipante & consolidante: partim à terrestri siccitate.  
Itso modo metalla ab eo genere τῶν σταλαγμῶν  
Quod est fluxum ac molle, ut υδραγγεῖος.

## XV.

2. Xύσις, id est, Fusio, fluxus & liquatio, ob ma-  
teriam aqueam. Inde consequens est, ægris tar-  
diusque illa liquari, quæ plus de terrenā concreti-  
one participant, quam aquæ, ut ferrum, &c., cha-  
lybem. Distinguuntur autem hac ratione metalla  
à lapidibus, & quibusdam aliis fossiliū speciebus,

8

96



quæ sunt ἀχρήστα μέταλλα, id est, fusionem non admittunt.

## XVI.

3. Ἐλαστικός, ductilis, dum malleo metalla percussa dilatantur aut trahuntur in longum, quasi sila. Quæ proprietas in iis maximè appareret; quæ quidem molia; compacta tamen sunt. Ratio. Quia proventur ex halitu aquæ tenui, bene complexo terrestrem exhalationem, ut in auro præcipue, unde aureæ in vestibus fimbriæ & sericum aureum: item in Orichalco, & plumbo, vitriariis noto. Separantur autem hoc respectu metallæ ab iis fossilibus, quæ licet flammis salibusque liquefiant; malleis tamen duci non possunt. Hic eò salia plus est in recessu, quam in frontispicio; quod chymicis remissum commendamus, qui nihil non norunt.

Nos sumus Germani crassoq[ue] sub acri natu.

Ennianæ: si non Maronianæ.

Non possumus omnia cuncti.

## XVII.

Quid tam? pergamus tamen præ illorum superfilio ad species singulatim; cum planetis quasi occultè, non tamen catilinariè conjuratæ. Earum principes numerantur hodiè & olim septem.

1. Χειρος, id est, aurum ○ respondens & Vino. Athenæus l. 11. χειρος ονος επων. an alluserit ad aūrum potabile tantopere chymicis celebratum? Scilicet tamen Heroi nullum & nihil juxta mecum alias nec Mida, nec aurivoro Exerc. 272. pag. 820. Propino Athenæi & præpono: sed χειροδοτον, curu Martiali, ut Poëta cum Poëta.

## XVIII.

2. Αργυρος, id est, Argentum, splendore refert & ut soror solis, ceu Phœbi; Phœbe: ubi pro chymicis, quibus & nos savyimus filii nobis, afferimus

mus & afferimus hoc. Sicut Luna non suo: sed al-  
eno, id est solari lumine splendet: ita & ex argen-  
to ob οὐεβολον tale posse fieri aurum, si ipsi illius-  
modi fulgor & flavedo concilietur, impuritasque  
reliqua tollatur.

At

Hic opus, hic labor est.

Nam aurum, purum putum est: si sit naturale,  
nullaque habet sordes: sed argentum, si affun-  
datur acetum, argentuginem contrahit & colore  
teruleum precii quantivis.

## XIX.

3. Χαλκός id est, æs. Veneri affine, quæ venustas  
rem: Tria conjunxit Homerus oculatissimus: Il. 21.

χαλκός πέργαστη, πολύχιμος τείχης. Aliás et Cyprium à natali insula & solo. Unde Cu-  
prum hodiè vulgo in Germania Mansfeldica diti-  
one copiosum. Dicitur in laminas, è quib. vasa va-  
ria ab opificib. istis confiunt. Habet usum alium.  
modo i[n] ne sit pro argentea cuprea moneta. Equi-  
dem crediderim neque aliunde antehac cambi-  
ones istos dictos Rupper und Wipper / quam  
cupro, Rupffer oder Rupper. Quia in argenteum  
nauci cuprum convertere studuerunt.

## XX.

4. Σίδης, id est, Ferrum; Marti idoneum. Quia  
exinde conficiuntur varia arma ad bellum necessa-  
ria. Est durissimum inter metalla; ut Mars malefici-  
cus inter planetas; ideo non cedit; sed resistit ictus.  
Unde μετανομίκως usurpatur pro gladio, galea, au-  
thorace ferreo, apud Homerum & Hesiodum.

## XXI.

5. Καρυάτης, id est, stahnum seu plumbum ali-  
bum, alludit colore & οὐεβολον ad argentum, unde  
Jovi planetæ analogum, vel ex Homeri suffragio  
& οὐεβολον, Iliad. 6.

22

Καρφί

*ναούτηρόν  
ναγιζενόν τημένος ναγιζενόν.*  
Quidam suspicantur Latinis deductam vocem & stando, id est, firmitate; id quod in vasis stanneis his regionibus valde usitatis & intueri & experiri licet. Non enim tam cito franguntur, ut vitrea, vel sigillata.

## XXII.

6. *Μόλις έστι.* ( aut per v scriptum , auctore Eustathio,) plumbum , ob colorem obscurum & lividum quasi Saturno assignatum, an ob gravitatem, an tarditatem, cum ponderosissimum sit inter metalla : & etiam Saturnus inter planetas suum cursum tardissimum absolvat. Grave quidem est metallum : facile tamen liquabile & fissile aut scissile, immo fusibile. Sunt, qui autumant, plurimum Mercurii & minij seu Zinnabari in plumbob latere.

## XXIII.

*Εδάφην γενεθλίου* Mercurio ob instabilitatem vagam donatus Lat. argentum vivum. Diol. l. 5. c. 102. & l. 6. c. 29. Metallum est in argenti fodinis nascens, album aqua instar liquidam ; & valde mobile. Nomen ex aqua & argento ductum est ; quod argenti quidem colorem referat: nec tamen, ut argentum, uno loco semper consistat ; sed aqua modo diffundat. Habent & hic Chymici etiam metacentibus quorum satagant; Si Mercurium figere & in argentum convertere valeant. Sed valeant.

Pauci, quos æquus amavit

## Jupiter.

## XXIV.

Hæc in genere de metallis principibus istis septem: jam in specie ad singula ; sed breviter accingamus. Tam enim diffusa materia est hæc ; ut si omnia attingere voluerimus, vix minimam partem ad chymiorum salivam propinquaverimus.

I. Au.

## XXV.

I. Aurum. Lat. ab aurā, id est, fulgore quod pro-  
pūl dubio à Græco ἄργος, id est, horæ matutinæ aér.  
At (mirabile auditu) priscis illis Verrio Flacco &  
Sexto Pompejo Festo, in l. 20. de verborum signi-  
ficatione, pag. 33. ita deductum.

Aurum dictum. Quia præcipue custoditur. A  
Græco ἀργός, id est, providendo, uti Thucydidi  
usurpat, l. 8. Unde & thesaurum deducere cona-  
ti. Gr. ἡραργός, pro eo, quod in domesticā supel-  
lectile preciosius aestimatur; ideoque magna curā  
reponi & custodiri solet. Sed pergunt ambo Ety-  
mologi: Hippocrates Medicus de nomine inven-  
toris id dictum putat; quum vocitatum ait aurum  
aut Aurion. [ ubi verò? nec memini me legere. ]  
Quidem à similitudine ( sed hiboni) auroræ colo-  
ris nomen traxisse existimant. Alii à Sabinis trans-  
latum putant, quod illic eusum dicebant.

## XXVI.

Aurum, Seneca teste, nihil aliud est, quam  
terra sulphurea. Lipsius autem cent. i. Epist. 4. ait,  
Aurum ipsum, quid nisi splendens quædam terra  
& nitidius paulò lutum. Hoc ob sui ingentem tem-  
periem, unitatem & optimam mitionem tam-  
densum evadit, ut incorruptibile etiam ab igne  
videatur, nec comburatur aut corrumpatur: sed  
depuratus & fulgidius longè fit. Nullam etiam  
contrahit rubiginem, neque putreficit; neque in-  
ficitur aut maculatur. Cor & vitales vires creditur  
corroborare: ut Solis calor & vini sapor: præser-  
tim si potabile reddi queat, quod Chymici spon-  
dent quidem: sed an præstent Scaliger ambigit.  
Exerc. 272.

## XXVII.

Argentum ab auro secundum & precio proxi-  
mum pro moneta inde cedula expeditum; impu-

330. EPITOM. LIB. PHYSIC.

sius tamen auro. Quia æruginem contrahit, si aceto maceretur: imò optimus color cœruleus inde conficitur, si laminæ ex argento aceto imbuantur: quod pictoribus prestantibus quasi arcanum est & charum. Album est argentum & cum splendore candidat. Conditio utriusque est, quod sint ductilia in fila & bracteas & quod sint liquabilia. Germania olim & Misnia ferax argenti in fuderib. minus hodiè ob hominum, opinor, avaritiam & perfidiam operarum. Ideò nuper ex ære Cyprio maluerunt cedere nummas, quam ex auro aut argento ob raritatem. An non pertineant hoc illa Poëtarum?

Dicite Pontifices in templo quid facit aurum?

Et Nullus argento color est remotis

Abdito terris.

Sic pro mundo muliebri superbo superflue abuti videntur foeminæ opulentiores. Sed

Quid juvat adspectus, si non conceditur usus?

XXVIII.

Stannum argento, qua nitorem cognatum, sed hoc discrimine, quod inficiatur facile à fôrdib. & pinguibus, terrestreitatem habet impuriorem, quam deponere videtur, si sp̄ius liquefacat ab igne. Acetum vasi stanneo infusum aliquandiu fôrdes tales aut impuritates ad oculum offendit. Live scit enim ut plumbum, unde callidi aut subdoli artifices ad cantharos conflagratos plumbum, miscent, qua longè impurius evadit. In Anglia, optimum nasci & effodi videtur. Unde sunt, qui putent stannum esse plumbum decoctius.

XXIX.

Cyprium æs ab Insula cypro, ut solo natalis, vulgo cuprum & Germ. inde Rupffer / Rubedum acquirit à nimia in coatura adustione, dum fornace

fornace liquatur, & in receptacula parata diffunditur, ut coeat in massam, aut ducatur in laminationes, unde etiam varia in rem culinarium fiunt vasca: sed acetum iis indere nec consultum est, nec salubre. Quia æruginem contrahit venenosam, in oxalura. Dioscoridi lib. 5. c. 52. officinis æs viride dictam. Intus noxiū: extus proficuum in ulceribus quibusdam.

## XXX.

Plumbum ratione ponderis parem habet gravitatem: licet sit impurissimum juxta cum ferro alia inter metalla. Nam multas scorias liquefactum defremit. De hoc Galenus l. 9. de Simpl. Medicament. facult. egit. Plumbum refrigerat. Quia multam habet substantiam humidam a frigore contractam: sed aëream, paucam autem terram, quod mirum. Unde enim tam grave? de humiditatis copia non est dubium. Quia admotum igni celeriter funditur & fluit. Usum Medicum habet Matthiolus in Dioscoridem. l. 5. c. 58.

## XXXI.

Differentiaz a colore & puritate. Plumbum aliud album, aliud lividum, unde & plumbeus color, qui quasi mortuorum est: Usus ad vasaria apud stannarios pro missione, an fraude? ad globulos tormentarios seu bombardicos majores & minores: ad orbiculos vitreos pro fenestris cohendendos & continendos: & si qui alii tales plures.

## XXXII.

Ferrum inter omnia durissimum & solidissimum, maximeque resistens & terræ plurimum habens; unde & tanta ipsi scoria seu fercus, si igne incanduerit vehementiore; abscedit. Scribit Galenus.

I. 9. de simpl. med. facult. de spuma seu scoria ferrī, quōd sit siccatoria. Ob tertæ prædominium; ideo utilis in aurium ulceribus. inspersa.

## XXXIII.

Impurum esse metallum arguit ferrugo, seu ruggigo, ἡστρίγης, qua corroditur & eroditur, nisi exercatur. Plurimi usus in vita apud diversos offices, præsertim fabros, ad gladios, cultros, seras, clavos, claves, adeo ut Scaliger Exerc. 106. f. 2. afferere non dubitari, si ferro carendum sit nobis, haud sane bene, ut opinor, nobiscum agetur; & addidit, Ferri duritiae nulla comparabilis. Inde & Vomeres sunt & ferreæ equis soleæ; proque furibus catenæ & compedes.

## XXXIV.

Argentum vivum seu mobile & Mercurius chymicis, de hoc egit Dioscorid. I. 5. c. 70. Cui est corpus è fossili genere, liquidum aquæque instar fluidum, colore argento, livecente; substantia verò viscida & tenui, humida & frigida, qualitate. Hoc quasi naturæ miraculum: Omnia metalla in argentum vivum conjecta, præter solum aurum, supernatare. In argenti vivi sodinis sèpè reperitur conjunctum cinnabari. Gal. I. 9. de simpl. Med. facult. nativum non agnoscit: sed facitium & fatetur se nullum hujus mineralis fecisse periculum, an interimat, si devoretur? vel ubi foris fuerit ad motum.

## XXXV.

At hodiè Mercurius chymicorum idolum est, an & dolabra? præcipitato enim in lue venera pro contumacibus ulcerib. dedolandis utuntur & de lendif. Antonius Musa Brasavolus Ferrarensis pro certo scribit in I. de stirpium examine, sèpè fuisse argentum vivum infantibus devorandum, vi vermijum semimortuis, qui illicè sanati sunt;

Sunt: Dosi gr. 4. At Goritienses obstetrics, ubi  
gravidae diu in partu laborant, statim argentum  
vivum scrupuli pondus nullis in commodis potan-  
dum exhibent. In Dioscorid. Math. l. 5. c. 70.  
Vide Scalig. Exerc. 88. & 105.



## COROLLARIA.

### I.

**H**AUD parum facessit negotii segregatio  
tio illa auri ab argento, quæ fit nullo calore  
animali: sed à brutissimi liquoris facultate,  
seu ab aqua separationis, Italis ideo aqua de-  
Partir?

### II.

Auri & argenti commixtorum ab aurifabro de-  
prehendit Archimedes in balneo è collatione sui  
corporis quanti & undæ in labro. Quæritur verò  
quænam sit ratio aut proportio inter hæc metalla  
& corporis humani molem cum aqua. Dicant, qui  
habent dūces, dūces.

### III.

Scaliger facetē. Exerc. 88. Auro liquefcenti si  
gallinæ carnes admisceantur, ab illis rapi. Itaque  
auri venenum esse. Quod si verum est: sane sic  
præsentius atque commodiūs adipiscemur aurum  
esculentum, quam ex tua inani indicatione aurum  
potabile.

### IV.

Orichalcum apud Germanos factitium est ex  
cupro & lapide aliquo admisto. Scaliger autem

55

idem

## 104 EPITOM. LIB. PHYSIC.

idem ibidem asserit in Fundurib. qui tractus est inter Mexicū & Dariēm, fodinas esse orichalci, quod nullo igne, nullis Hispānicis artibus hactenus liquefcere potest. Germanicum vero potest & solet cū ad utensilia varia, tūm ad tormenta fulminalia majora, ut & campanas & nolas; & candelabra.

V.

An ut singulis metallis certus fuit assignatus planeta: ita gemmæ dentur, quæ utrinq; quadantur respondeant? Afferit Cārdanus l. 16. de rerum varietate. Nam 1. auro tribuit carbunculum, gr. πυραντος: 2. argento adamantem aut uniones, qui licet gemmæ non sint; precio tamen & pulchritudine ad eas accedunt; 3. flanno Sapphirum; Smaragdum. 4. cupro: ferreo magnetem, 6. plumbō: chrysolithum: 7. Argento viyo Achatem:

VI.

Succi minerales, non sunt manifestissimi aut cognitissimi, cū ex imis terræ visceribus erutos oporteat, multā operā, multis etiam periculis, si de iis ferendum sit judicium. Plantæ autem ipsæ in oculis, in manibus, in mensu usu quotidiano. Quin & cū sapor à natura sit institutus ad cibi commendationem, ut ad vitam sustinendam allicerentur animalia, metallicorum vero nihil ad alimenta reducatur, non videtur sapor esse quæsus à natura pro metallis. In mineralibus acutum quasi principem protulit Theophr. lib. 6. de cauſ plant. c. 5. cū tamen in nitro sit amariuscus, in sale suis, in alumine acidus, in antimoniio dulcis; in cœruleo austerus. VIII.

Scalig. Exerc. 20. Metallum est aquæ terra multo frigore congelata, quæ propterea non nisi multo calore potest in pristinum restituī fluorem. Solum ex metallis argentum vivum aqua terrea est, non congelata. Hæc quâ materiam, quâ efficiens habet ista idem 1: de plant. ad Arist. p. 41. In metallis

tallis omnia sine Solis admissa generantur. Nam neque lumen eō delabitur, quod alioqui vehiculum Peripatetici statuunt cœlestium effectionum: neq; in telluris intima parte sentitur calor ullus, quam in partem vel ad duodecim pedes pertingere vidimus radices. VIII.

Idem l. 3. de caus. plant. c. 1. n. 2. *Alguontria.* Quod explicatur intellectus agitatione, id ab arte proficiatur. Ubi pulcherrima est in schola veritatis contemplatio. Namque ars, quæ est in homine, patratur ab intellectu atque adeo stabilitur. Quoniam igitur modo intellectus opera ab arte? Quia ars est habitus comparatus per universales propositiones, quæ conclusionem ex seipsis peperere. Propositiones hæ conflatae sunt ex multis memoris: unarum quæque memoria ex multis experientiis. Experiencia ex multis actionibus. Carbones fecit sæpè ex abierte, felice, queru, junipero chymista, ut eorum vi aurum excuteret è plumbō. Expertus est querinos validos, falignos imbecillos, abiegnos penè nullos, Juniperinos penè immortales. Ex his hæsit in memoria semet, atq; iterum ac sæpius propositio hæc, Juniperini carbones optimi. Ita pars est ars. Is habitus ubi semel est constitutus, elicit ex se deinde quotidianas actiones, quæ non sunt ejusdem speciei cum illis, quæ fiebant in experiendo. Fortuita namq; erant illæ. Sed hæ sunt à ratione conformatae & directæ. Has designavit ille voce *Alguontria.* quam idē valere voluit, quod & modò positā invicem. Hæc si quis inter plantas q: alieno loco disceptata conqueritur transmittat, & aurum amittat. Non n. possumus in ambulacris Aristotelic. reptare humi cū plebeis & trivialib. atq; otiosis atq; alia agētib. Neq; n. hæ scribimus Grammaticis; sed veris philosophis & cordatis. IX.

Lib. t. i. b. c. 18. Sæpè numero utitur hac voce *idem* quoq;

## 206. EPITOM. LIB. PHYSIC.

quoties ea tractat, quæ absunt à communione. Et hac parte solvit questionem. Non calore, non frigore fieri in agrestibus coctionem: sed propria natura quadam. Quæ natura est hæc? Aura, de qua Galenus & eum secuti Medici, verba faciunt. Nequaquam. Nullo enim modò hæc agnoscunt prisci Peripatetici. Id adeò videtur apud Aristotem; qui ad aperta causarum principia reducit omnne quæsumum. Aphrodisiensis etiam insanius, dum ad Elementorum fornacem recoquit animam nostram. Tantum abest, ut occulti quidquam membriniscatur. Contra quidam gratis despere maluerunt, & ad dæmonum potestates abdita revocare. Quos miror, cur non & ipsam plumbi transformationem dæmoni potius cuiquam chrysochœo, quam Augmelli pulveri attribuerint.

## X.

E. l. 2. de plant. ad Aristot. p. 116. in fol. In sulfureis pusillas herbas nasci: idque ventis flantibus contrariis atque inter se conflgentibus. Aëre namque citato calefieri loca. Sic ignem generari. Atque infundo, inquit, dignitur Arsenicum; quod ex aëris limo descendit attrahitq; spiritum ignem, & putredinem. Minus autem solitum ea fundere propter supra dictam mali temperamenti rationem. Quibus ego, inquit Scaliger, non assentior. Non enim ventis opus est ad ignem excitandum. Actu igitur ignem querit hic. At plantæ animalia non esse ignem patet ex universalis disputacione. l. 2. de Anim. Satis verò obtinet caloris sulfur, ne dicam nimis. Tantum abest, ut ignis accessio sit necessaria. θερμόν vocat sulfurata loca. Nam quod veteres Σέιν, vulgus θερμόν. Arsenicum esse auripigmentum docuit Hermolaus observatione multa. De aqua sulfurata Plinius in ref. cum scribit, in ea nihil herbarium nasci prodit. Hic autem Arse-

Arsenici definitionem formula describit quadam  
Cum ignem attribuit, efficientem declarat causam.  
Materiale in verò cum dicit aëris limum. Finem  
verò illis verbis. Tots 28. *νίκηται* cùm *τέτες* φύσις. Ut  
hoc ipsum Arsenicum sit plantæ futurum materia.  
Summa est, Ventò agitata aquas, in sulfure con-  
ceptis ignibus, aëris limo commissas auripigmen-  
tum fore tandem, quod evadat planta. Projecto  
insanæ cucurbitæ chymistarum citius efficerint  
aurum potabile, quam ex auripigmento natura-  
lirupem. Quemadmodum verò ex ære descendat  
limus, non min' ore negotio querendum est. Raras  
autem plantas, aut nullas ejusmodi nasci locis dò-  
cet Aristot. in 24. probl. sect. Fervidas aquas sali-  
um saporem maximè referre, propter alumén, sul-  
fur aut nitrum. Sallum amaro valde affine esse. Id  
quod patet in aqua maris ibid. 23. sect. Utrumque  
verò minus aptum ad generationem disputatum  
postea in 32. Sic aurium fôrdes & salsas & amaras  
in excrementorum censu nulliusvi nature pro a-  
nimâlis alimento: ideo repudiari atque exigi.

## XI.

Lib. 1. ibid. c. 5. Iguis ipse densus non est. Igne-  
um sulphurispongiösum est. & l. 2. ibid. c. 7. Terra  
calida nulla est, nisi ab aëre. Sanè quibus sub-  
terranei caloris, ex omnibus steriles, quippe à sulfu-  
re, nitro, alumine, bitumine. Non enim illa  
ignis aptus ad generationem.

## XII.

Etsi ad Hippocrat. de Insomni: apo: 31.  
Igni & crascescit aqua in saleni & solvitur in exha-  
lationem. Verum haud ita est. Sal neque aqua  
est, neque ex aqua; tanquam totum ex toto: sed  
tanquam ex toto pars in potentia; qua per ignem  
aut solem ab aliis partibus in aqua separetur.

E. Li-

## XIII.

E Lipsii Physiolog. l. 1. dissert. 19. Tertullianus Apolog. c. 21. Genii corporib. & valetudines infi-  
gunt & aliquos casus acerbos; animæ verò repen-  
tinos & extraordinarios per vim exceflus. Minuti-  
us Felix. Vitam turbant, homines inquietant, irre-  
pententes & corporibus occulte, ut spiritus tenues,  
morbos fingunt, mentes terrent, membra distor-  
quent. Quid dicam poma, vites, fruges præcipitari  
ab iis, aut lædi? quid aliò traduci? Quid pluvias,  
nimbos, ventos, induci? & plurima mala ab his  
sc. malis. Sin bona etiam à bonis, si non provenire  
promoveri est conftendum. Artes præeunt aut do-  
cent: & quædam humano ingenio nunquam eru-  
enda ostendunt. In Medicina, e. g. quis ambiget  
occultas multas herbarum vires ab iis prodiit?  
chemiam, novæ subtilitatis artem, his non deleget?  
& magis, quia ambiguam, & lædere aut fascinare  
etiam pronam? Quis horologia fertata illa, cum  
tor ponderibus rotisq; repperit? quis magnetem  
ad nauticum usum suggerit? quis Typographiam?  
quis bombardas? Boni isti, aut alii; sed cum Apu-  
leii caeta admonitione, ut cuncta hæc fiant celestis  
unius voluntate & numine & auctoritate: sed gui-  
orum obsequio & opera atq; cura. In bonis inquā,  
voluntate & auctoritate DEI: in aliis permissione  
& concessu. X IV.

Ex Hipp. de Insomn. apotelsm. 12. Quid? com-  
Galeo interiit universum humanum ingenium?  
Nonne artes per secula ceperunt incrementa? Vo-  
bis ipsi imponitis silentii servitute? Nonne haec sūt  
scientiae liberales? R. credendum Galeno. Quoniam  
vita brevis; ars longa. Sanè ars adeò longa fuit; ut  
illius vitam excederit. Ita; p. Arabes Medicinæ finē  
imposuere Seneca l. 7. quæst. Natural. c. 31. Multa  
venientis p[ro]vi populus ignota nobis sciet. p[ro] Multa  
secula.

seculis tunc futuris, cum memoria nostri exoleverit, reservantur. Pusilla res mundus est, nisi in illo, quod querat omnis mundus, habeat.

## XV.

Hactenus corpora imperfectè mixta ex fumo ac vapore, vel solo seorsim, vel mixto coniunctim vidi-  
mus atq; explicavimus; sequuntur jam perfectè mi-  
xta, seu Elementis ita constituta corpora, ut & diu-  
turnam sui habeant consistentiam & anima idone-  
um instrumentum subjectumq; receptivum esse  
possint. 4. Met. i.

## XVI.

In his igitur, utputa ex Elementis constitutis &  
perfectè mixtis corporibus, duæ quidem sunt quali-  
tates prima activæ, videlicet calidum & frigidum,  
duæq; passivæ, siccum & humidum, ut etiam supra  
annotavimus: τοις μὲν οὐκεθόαι στολὴ φύσις καὶ  
η φύσικὴ περιβολὴ τῶν διωγμένων οὐκεγνητικῆς εἰν ἐρ-  
γασίᾳ καὶ αὐτοεργή φύσες καλλί φύσις, i. e. Qualitatum  
igitur activarum primariarum opus est absoluta,  
seu simplex generatio, naturalisq; mutatio, & qui-  
tuic opponitur, naturalis corruptio. 4. Meteor. i.

## XVII.

Αὐταὶ μὲν τοῖς ἡ φύσις ιστάεται καὶ τοῖς ζῷοις  
τοῖς μετεποντικῶν. i. e. Haec ipse autem & plantis con-  
veniunt & animalibus corundemq; partibus. ibid.

## XVIII.

Ἐπεὶ δὲ τοῖς η φύσικὴ φύσιος μετεποντικὴ τοῦτο  
τὸν διωγμένων οὖτις ξεστολογεῖ οὐ τοῦ ιστοκειμένου ὑπε-  
ικάση φύσις. Simplex & naturalis mixta generatio est  
mutatio facta à qualitatibus duabus activis ex duab-  
us passivis, tanquam ex substrata materia, quando  
ad eas rationem illæ habuerint idoneam, & pro  
uniquaqueq; forma educendā convenientem. ibid.

## XIX.

Fitque generatio talis tunc, quando calidum &  
frigidum fuerint, οὐτοὶ τῆς θλεῖ, id est, vincen-  
tia

tro EPITOM. LIB. PHYSIC.

tia & superantia ipsam materiam sive duas qualitates passivas, humidum & siccum: ita tamen, sit iusta etiam in ipso excessu ratio atque proportio, ne materia penitus absumentur & extinguitur. *ibid.*

XX.

Τη̄ γ̄ ἀπλῆ φύεσον εὐαγέρειαν τοῦτο σῆμα, Generationi simplici mistorum contrarium maxime commune opponitur ipsa putrefactio: πάσαις γ̄ οὐκαρὰ φύον φθορὰ εἰς τὸ δέσμον, οἷον γῆρας & αὐγαστός. Omnis enim naturalis corruptio in putredinem tendit; qualis est in animalibus tunc brutis tunc rationalibus senectus; in plantis vero ariditas, marcor, seu tabes.

XXI.

Σῆμα γ̄ εἴναι φθορὰ τῆς τούτης εἰδούσας καὶ καταφύοντος, τούτον ἀποτίνεις φεγγόντος. αὐτὸν γ̄ εἴπει θεοφάνειαν, id est, Putredo est corruptio proprii & nativi in unoquoque humido caloris ab alio ambientis corporis calore proprium illum evocante causata atque introducta.

XXII.

Postquam enim circumstantis calor extraneus id virium ac roboris obtinuerit, ut naturalem & internum evocare ē corpore misto valeat calorem; sanè siccum & humidum amplius, à quo regantur non habent; unde separari illa necesse est, quia separatione humidi à sicco facta, misti dissolutio insequitur. *ibid.*

XXIII.

Hactenus de primaria activarum qualitatibus, atque operatione; quam insequuntur alias quædam secundariae earundem in multis jam constitutis affectiones, quarum illa, quæ à calore fit, dicitur

## DE ARISTOTELIS.

dicitur *πίεσθαι*, concoctio; quæ verò à frigore *παγῆσθαι*,  
nulla concoctio sive indigestio. 4. Met. 2. ill. non

## XXIV.

Πίεσθαι δὲ ἐν τοῖς πελεκώσις καὶ Φυσικά καὶ σικές θερ-  
μή εἰ τὸν αὐτόν τοι παρατητάντα. Concoctio est per-  
fictio, quæ fit à naturali & proprio calore qualita-  
tes passivas, nempe humidum & siccum, ad conve-  
niens temperamentum reducente. 4. Meteor. 2.

## XXV.

Cognatae concoctionis species sunt tres, vide-  
licet *πίεσθαι*, Maturatio. "Εψησι, Elixatio." Οὐτωντα  
affatio. πίεσθαι est πίεσθαι τοις ιδητοις τοις πελεκώσι-  
σις προφύει πίεσθαι πελεκώσις λέγεται. Maturatio est con-  
coctio alimenti illius, quod inest in arborum fru-  
titibus, sitque itidem à calore proprio & nativo; ab  
externo tamen aliquatenus adjuto & adiuncto, ali-  
enum humidum expellente. 4. Met. 3.

## XXVI.

"Εψησι δὲ ἐν τῷ πρῶτῳ οὐλοντικός τοις θερμότητοις οὐχέται  
εὐάρεστος ἀστέγας τοις ιδητοις. Elixatio est conco-  
ctio facta à calore externo humido, indeterminata  
rei in humido in existentias. ibid.

## XXVII.

"Οὐτωντα δὲ τοις πίεσθαι τοις θερμότητοις οὐχέται  
τηλε, id est, Affatio verò est concoctio facta à calo-  
re siccio, eoq; externo: ξηρόπεπτος δὲ τὰ ιψάκτα τοις  
Elica autem affatis sunt sicciora. In elixatione enim  
humor corporis elixandi ab externo evocatur hu-  
more; unde interiora, cedente humiditate, exsic-  
cati solent. In affatis verò exteriora propter vim  
circumstantis coloris exsiccative ad veluti constitui-  
guntur, atque ita interiora humida permaneant.  
Quod idem fit & evenit in iis, quæ in sartagini-  
bus

## 112 EPITOM. LIB. PHYSIC.

bus arte concoquuntur; unde hac rectius assari,  
non elixari dixerimus. 4. Met. 3.

## XXVIII.

*Ἄντικας ἐστὶν ἀρτίθη, διένδεσσι τῆς οἰκείας ἡγεμόνης.  
Incoctio est imperfectio passivarum qualitatum,  
quæ ob nativæ ac propriæ caloris defectum evenit.*

4. Met. 2.

## XXIX.

Species inconcoctionis itidem sunt tres, Cocti-  
onis nimirum speciebus oppositæ.

- 1. Ωμέως, id est, cruditas.
- 2. Μέλινος, i.e. imperfecta elixatio, sive inquinatio.
- 3. Στάρσως, id est, imperfecta assatio.

## XXX.

*Ωμότης ἐστὶν ἀντίθητική της ἀπόφυγες της τοῦ τοξικοῦ πεπτικοῦ φυσικοῦ. Αὐτὸς γάρ την ἀπόφυγε της τοξικοῦ πεπτικοῦ φυσικοῦ της τοξικοῦ πεπτικοῦ φυσικοῦ, id est, Cruditas est indigestio ejus, quod est in frugibus alimenti; idque est indefinitum humidum: fitque illa coctionis imperfectio ob caloris naturalis defectum, & inconvenientiam proportionis ad humorē in fructibus manuturāndum. 4. Met. 3.*

## XXXI.

*Μέλινος ἐστὶν ἀντίθητική της στάρσως: εἴναι γάρ την  
Εἰνδέμενην λογίσει διένδεσσι τῆς τοῦ τοξικοῦ πεπτικοῦ φυ-  
σικοῦ, id est, inquinatio itidem inconcoctio est  
& ea quidem alteri concoctionis speciei contraria,  
quæ elixatio erat. Estque inquinatio inconcoctio ejus, quod est in corpore, indefiniti, ob caloris in  
humido circumstante deficientiam, ibid.*

## XXXII.

*Στάρσως ἐστὶν ἀντίθητική της οἰκείας τοξικοῦ φυ-  
σικοῦ & ιδιού πεπτικοῦ φυσικοῦ της τοξικοῦ φυσικοῦ, id est, im-  
perfecta assatio tertiae coctionis specieris opponitur.  
Estque inconcoctio illius indefiniti, quod in cor-  
pore*

pore est assato; idque ob defectum siccii extenzi  
caloris. 4. Met. 3.

## XXXIII.

Hactenus de iis diximus, quae ratione primarum qualitatum activarum in multis inveniuntur corporibus. Sequuntur nunc attributa alia, passivarum ratione, in multis corporibus existentia, quorum primarium est, τὸ μελακὸν καὶ τὸ σκληρόν, i.e. molle ac durum. Αὐτὸν γέ, τὸ εὖ ξηρὸν ψύχει τὸ σκληρὸν ἀνα, τὸ μελακόν, i.e. Necesse enim est id, quod est ex secco & humido, aut durum esse, aut molle. 4. Met. 4.

## XXXIV.

Ἐπὶ τὸ σκληρὸν μέρον, τὸ μὲν τὸ ξηρὸν εἰς αὐτόν, καὶ τὸ ἐπί τὸν μελακόν τὸ τὸ ξηρόν τῷ μὲν αὐτοπλεῖσμα, i.e. durum est & dicitur id, quod secundum planitatem sive superficiem exteriorem pressum, non cedit insese ipsum. Molle verò est, quod facile in seipsum, si prematur, cedit; neq; tamen circumstat; sed integrum superficiem retinet. 4. Met. 4.

## XXXV.

Τὸ γένος τὸ μελακὸν, id est, aqua mollis non est; licet cedat. Non enim quando premitur & cedit, integra ejus extrema superficies manet; sed preventem ambit, & circumstuit, ipsaque exterior superficies violatur. ibid.

## XXXVI.

Cum autem durum & molle nihil sit αὐτοπλεῖσμα, sine concretione; nihilque concrescat, nisi exsiccatur, de his quoq; dicendum ulterius restat.

## XXXVII.

Συγχένεται τὸ οὐρανὸν ὕδωρ καὶ ὕδατα τὸ αἷδη, τὸ τὸ ὕδωρ, τὸ πεπτόν, τὸ συμφοῖν: exiccati ea dicuntur, quae vel sunt aqua, vel quedam aquæ species vel habent aquam; sive insita hæc ipsa sit, sive adventitia, sitque à calore in primis, vel etiam à frigore: sed per accidens. 4. Met. 5.

## EPITOM. LIB. PHYSIG.

### XXXV III.

Τὸν ὑγρανὸν τὸν, οὐ μόνον νεφελὸν νεύεται πάσης  
εὐθὺτεκτος πεπίστην. Humectari v. dicitur, vel  
cum vapor in aquam concrescit, vel cum id, quod  
concrevit, liquefcit & resolvitur. 4. Met. 6.

### XXXIX.

Ηὕτη πάχυνεται τὸν τὸν ανιστρέψαται τὸν τὸν  
ευθύτεκτον πάσην concretio vel condensatio fit, quando  
humido amoto, id quod siccum est, cogitur & con-  
crescit. Vel quidem à frigore, uti in lapidum gene-  
ratione videre licet; vel à calore, uti in salis ab  
aqua segregazione ibid.

### XL.

Concretioni sive condensationi corporum op-  
ponitur eorundem resolutio, quam per contraria  
Semper fieri oportet. Quò fit, ut quæ à solo calore  
concreverint, eadem à contrario frigore: quæ vero  
à frigore, eadem à calore facilimè resolvi queant.  
Quæ autem à frigore juxta & calore condensa-  
fuerint, ea longè difficilius & non nisi per calorem  
fortissimum ac vehementissimum resolvi & lique-  
fieri possunt, ut ferrum. 4. Met. 7.

### XLI.

Præter hasce principales mistorum corporum,  
passivarum, in primis qualitatum ratione, affectio-  
nes, aliæ quoque sunt secundariæ & quidem simi-  
laribus coporibus primariò convenientes. Quarū  
aliæ quidem ~~est~~ activæ esse dicuntur, utpu-  
tæ, in tensum agentes v. g. color in visum, sonus in  
auditum, de quibus suo loco: alia ~~est~~ passiva, id est,  
passiva, utputa, quibus ipsa corpora ~~est~~ afficiuntur. 4. Met. 8. & 10.

### XLII.

Ejusmodi autem corporum similarium affectio-  
nes

nes passivæ variaz cùm sint; in primis tamen à Philosopho 19. numerantur, & quidem in concretotria, ut per hasce corpora quidem similaria in potētia dicantur. 1. πηγὰ concretilia. 2. πηγὰ eliquabilia. 3. πηγὰ emollibilia. 4. πηγὰ, i. e. tintillia sive humectabilia. 5. πηγὰ flexibilia. 6. πηγὰ fragilia. 7. πηγὰ ruptilia. 8. πηγὰ impreffibilia. 9. πηγὰ formabilia. 10. πηγὰ compressibilia. 11. πηγὰ tractilia. 12. πηγὰ ductilia. 13. πηγὰ fissilia. 14. πηγὰ flectilia. 15. γλυκὴ tenacia, sive unctuosa. 16. Φρεσὶα friabilis. 17. πηγὰ condensabilia. 18. καυσὶα ustibilia. 19. πηγὰ exhalabilita. 4. Met. 8. & 9.

## XLIII.

Talia igitur ab harum concretarum appellatiōnibus abstractis, nominantur in primis similaria mixta corpora. Λέων ἡ τὰ ὄμοιομετέη, σῖον τὰ ἢ μελανόδριμος λευκὸς, λευκὸς, αργυρεός, λίθος ἢ τόπλα τὰ τοιχοῦ, εἴη οὐκ ἐκ τῶν γύρων εἰκενόμενος ἢ τὰ τοις ζάσις ἢ φυτεῖς, οἷον σπερματικός, οὔτεδ. Dico autem similaria corpora ea, quae ē terræ visceribus eruuntur metallaria corpora, ut aurum, æs, argentum, lapis, & alia ejusmodi, eaque omnia, quae ex his expressa fiunt: itemque in plantis atque animalibus partes similares, ut sunt caro, os, nervi, cutis, viscera, pili, fibræ, vene. Suntque similarium partium aliæ plerunque frigidæ, quae videlicet plurimum aquæ continent; aliæ calidæ dicuntur illæ, quæ plus terræ vel etiam aëris in se comprehendunt. 4. Meteor. 10. & II.

## XLIV.

"Εκ τῶν ὄμοιομετέη σωμάτην τὰ αὐτομετέη, id est, ex ejusmodi similaribus corpora deinde oriuntur dissimilaria: quorum forma, generali nomine communiter ἡ ψυχὴ anima nominatur: quibus de  
h 3 rebus

116 EPITOM. LIB. PHYSIC.

rebus enodatè atque distinctè proximum sequente  
exercitatione tractabimus; Si Anatomen corporis  
Humani ex Aristotele præmisserimus.

4. Meteor. 12.

*Finis librorum Physicorum.*



QUÆRITUR.

I.

**A**N, ut Chymici volunt, omnium meteororum  
& metalloium ac mineralium materia proxi-  
ma sit sulphur & argentum vivum?

II.

An verum aurum arte chymica produci sit pos-  
sibile, nec ne? A. sed apud plerosque, ne dum  
omnes est possibilitas potentialis: non actualis.  
Tullio teste de diviniat. Tu & quæ non sunt futu-  
ra, posse fieri dicis, ut frangi hanc gemmam, et  
iam si nunquam futurum sit. Adi Fernelium. I. 2.  
de abdit. rerum caus. c. 18. p. 413. in 80.

III.

An fluxus & refluxus maris à sola vi virtuteque  
Lunæ proveniat, nec ne? N. Et tamen idem Fer-  
nelius l. 2. de abdit rerum caus. c. 18. Lunæ, in-  
quit, vires mare perspicue imitatur, cuius æstus,  
adscendente illa invalescit; descendente mitescit.  
Vide Scalig. l. 1. de plant. ad Arist. p. 10. & 11. & l.  
de Insomniis. apo: 10. p. 52.

IV.

An Iris etiam ante diluvium fuerit, an demum  
post diluvium? Prius Verius.

An

## ARISTOTELIS.


117

### V.

An liber secundus & tertius Meteororum sit Aristotelicus, cum inibi doctrina de Visu Veræ Aristotelicæ sit contraria? A.

### VI.

Cur Iris nunquam integra appareat? An quia nubes pro hemicycli tantum ratione sic est disposita? An quia inter centrum Iridis & alterum ex diametro oppositum, Solis nempe centrum, semper terra diametraliter interponitur, & ita Horizon terram ipsam in partem alteram visibilem dividens in parte visibili eandem semicirculo majorem finat apparere? A. posterius.



46  
S. L. T. R. T. S. I. A.  
47  
48



Ung IV A 220

ULB Halle  
003 128 660

3



5b.

Z

18  
16  
17

# Farbarkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

ARS II.  
I L O S O.  
E ARISTO.  
TELICÆ,  
CÆ UTRIUSq;  
alyſin exhibens.  
integrè in lucem  
editæ

NO HARTUNGO Medi-  
D. & Professore,  
ris olim auditore.

LIPSIAE,  
Caspari Cloesmanni.

M. D. C. XXV.